



F.n.94.

8

Lc b.3t.

A. Ζ. Ω.

23

# EXERCITATIONUM PHILOLOGI- CARUM

ΕΠΤΑΣ prima:

*Quarum*

- I. De LITERARUM primigeniarum Originibus.
- II. De PUNCTORUM VOCALIUM Ebræor.  
natalibus vel antiquitate.
- III. De ACCENTIBUS Ebræor. &c.
- IV. De AQVIS SUPRACOELSTIBUS: & qvidem  
pro Negativâ earundem &c.
- V. De VOTO JEPTHÆ &c. ex Judic. c. XI, 31. seqq.
- VI. De VOCULA כָּרִי CAARI, Psalm. XXII, 17.
- VII. De CODICUM BIBLICORUM EBRÆOR.  
Vet. Instrumenti, maximè hodiernorum ty-  
pisqve exscriptorum, Fide & Authoritate.

*AUTORE*

ANDR. SENNER TO, P.P.

in Acad. Witteberg. Ejusdemq; Seniore.



WITTEBERGÆ,


Typis & Sump̄t. JOH. SIGISMUNDI Siegenbeins.  
ANNO M DC, LXXVIII.

EXERCITIONUM  
PROBLEMATICO-MATHEMATICARUM  
PRACTICARUM

LIBER TERTIUS. DE PROBLEMATICO-MATHEMATICIS EXERCITIONIBUS.  
AD EDITIONEM TERTIAM. ADOLESCENTIAE ET STUDIORUM. ET PRACTICARUM.

EXERCITIONUM  
PROBLEMATICO-MATHEMATICARUM  
PRACTICARUM  
TERTIA. AD EDITIONEM TERTIAM. ADOLESCENTIAE ET STUDIORUM. ET PRACTICARUM.

EXERCITIONUM  
PROBLEMATICO-MATHEMATICARUM  
PRACTICARUM



A. η Ω.

EXERCITATIO I.

De

LITERARUM PRIMIGENIARUM  
Originibus,

Autore

ANDR. SENNERTO.

I. QVÆSTIO proposita.

**P**remissis præmittendis. Cogitanti autem mihi, ecqvid præceteris in confessu hoc Literatorum splendidissimo profaram in medium, non incommodè omnino sese mihi obtulit. *Quesito de LITERARUM notis primigeniis earundemq; Originis primâ quando nempe & quo autore cœperint eadem?* Res sanè non de lanâ caprinâ. Deceat qvippe omnino eum, qui literas quotidiè tractat, qvi noctu diuq; in iisdem occupatus est, nosse. Originem atq; progressum earundem. Literarum nota enim qvid aliud sunt, nisi omnis eruditioñis & sapientiae κειμήλιον, societatis humanae vinculum & instrumentum, Verbi deniq; ipsius divini ærarium atq; sacrarium qvoddam. Res digna adeo, qvâ de ejusdemq; originibus aliquid paucis. Verum enim verò ingresso plenis velis mihi mare hoc, qvanta sese sententiarum diversitas offert? Eternæ sunt literæ earundemq; usus Plinio, natur. histor. lib. VII. cap. 56. Cujus expressa verba hæc sunt: ex qvo apparet æternus Literarum Usus. Certè Pythagoras, Plato, Cicero qvoq; easdem ad coelestem & divinam naturam referunt. Sunt porrò qvi primo homini, Adamo, communī Parenti nostro, ut inventori, easdem tribuunt. In qvâ sententiâ perplurimi sunt, cum ex veteribus, tum recentioribus. Tradunt qvoq; nisi fallor ego, Ebræi, primo homini.

A. 2

niā

ni à Dgo ipso in celo siderum positu certo ac ordine literas mon-  
 stratas. Cæterum qvicq; ejus sit, audiamus de asserto illo Svi-  
 dam, itemq; Theodor. Bibliandrum: at quanti illi scriptores? Ita e-  
 nim Svidas in voce Adam: Adam, inquit, primus homo DEI manu  
 effectus & ad imaginem & simulacrum opificis & Conditoris for-  
 matus, jure primus sapiens appellari potest. Et mox: Hic n. est, qui  
 invenit singula & omnibus apposuit normas & mensuras, & ter-  
 minos minimè reprehendos. Hujus sunt artes & LITERÆ, hujus  
 scientiæ rationales, & non adstrictæ legibus rationis: hujus sunt  
 prophetiæ, sacri ritus, purgationes, leges scriptæ pariter & non  
 scriptæ, hujus deniq; sunt omnia inventa & disciplinæ, & qvæcunq;  
 ad vitam atq; convictum utilia sunt & necessaria. Theodorus ve-  
 rò Bibliander, in erudito suo de commun. rat. omn. Liguarum &  
 Literarum, tractatu, posteaquam & ipse præcedentia Svidæ verba  
 recitasset, subdit mox: qvam sententiam ego sanè amplector am-  
 habus manibus. Et statim: Quem enim alium putemus (notat  
 autem Adamum) illum Deum aut divinum hominem, ut Plato ait,  
 qui literas primus invenerit? Aut eui potius tribuamus illum di-  
 vinum animum, ut Ciceron & Pythagoræ visum est, qui tot vo-  
 cum discrimina revocavit ad certas leges, qviq; elementa ser-  
 monis humani aptis notis consignavit, qvam illi ipso Adamo, qui  
 testimonio sacræ historiæ omnibus rebus imposuit aptissima no-  
 mina, qvæ DEUS qvoq; probavit? Etenim cum vis rationis am-  
 plissima sit, eaq; se proferat & veniat sub sensu tūm verbis tūm  
 operibus, mihi nullum appetit opus præstantius humanae ratio-  
 nis, qvād qvod motie & signis Literarum sermonem, qvō foras  
 sese profert, etiam seipsam depingit, ac deponit in librorum velut  
 arcas conservandam, ac transponit sese in alias animos, querum  
 corpora tūm locorum tūm etiam temporum intervallis maximis  
 dirempta sunt. Reperitq; mens Organum suæ natura convé-  
 niens, qvo divina & humana corporata & corporis expertia, & ut  
 semel dicam, qvæcunq; homo potest mente comprehendere, in-  
 strumento comprehendat, aliisq; ad percipiendum & judican-  
 dum proponat. Hæc illi. Unde Alphabeti Adamæ, tanq; vam  
 vetustissimi omnium, diversa qvanqvam, specimina reperire li-  
 ceat passim, apud Ambros. Thescum, Angelum Rocham à Came-  
 rino,

tino, Jacobum Bonaventuram Hepburnum, Laurentem Schrade-  
rum, Claudium Duretum, & qui nuperimè interpolavit ista  
Clariss. Thomam Bangium in cælo Orientis. Contrà sentiunt  
alii, denegantqve Adamo inventum divinissimum hoc Litera-  
rum, adducti rationibus certis suis; maximè, qvod non amplius  
considerandus sit Adam, post Apostasiam suam, ut felicissimus  
ōρομάχέτης in Paradiso, & in perfectionis suæ gradu summo ad-  
huc constitutus, sed à culmine illo, dejectus, tanquam imperfe-  
ctionis & ignorantiae summæ exemplar. Et certè, inquit Thean-  
der, noster B. Lutherus in Genes. cap. III. (ut exemplo rem decla-  
rem) annon extrema erat hæc stultitia Adami atque Evæ, tenta-  
re impossibilia, dum conantur Deum fugere, quem non possunt  
fugere: tentareqve fugam tam stulto modo, ut inter arbores se-  
tutos credant. Addam ego, pace Theandri, ad ejus verba: ten-  
tareqve fallere D E U M, cuius oculorum aciem nemo fallit aut  
fugit, consutis siculneis ex arborum foliis præsidis qvibusdam.  
Misso itaqve Adamo, sunt alii qui Setho hoc inventum divinius  
Literarum tribuunt, freti expresso testimonio Flavii Josephi, qui  
lib. I. Antiq. Jud. cap. 3. refert, qvod ille duas erexerit columnas,  
unam lapideam, alteram lateritiam, illam ut aquis, hanc ut igni  
superestet, inscriptis iisdem artibus, ac præsertim astronominâ &  
mathesi, à se se aliisqve inventis. Dantur porro, qui Enoch  
easdem assignant, qvod liber ejus extet, ex quo pericopa qvædani  
in epistolâ Judæ N. Instrumenti reperire est. Alii proporro qui  
Noacho & sic conleqventer. Enim verò vulgata præ cæteris illa  
qvoqve est sententia, de Theuth qvodam sive Theato ( ita autem  
Ægyptiorum lingua volunt vocari Virum divinum, quem pluri-  
mi eruditorum Abrahamum fuisse censem) apud Platonem in  
Phædro, itemqve Philebo, nec non Philonem Biblum, qui ad  
Thamum Ægypti Regem venerit, eundemqve cum alias artes  
tum literas præsertim etiam docuerit, sciscitantiq; regi, ecqvis  
earum usum esse, responderit: τότο γέ ἡ Καστίλειν (verba sunt  
Platonis) τό μάγην Αἰγυπτίων σοφωτέρης καὶ μημονικότερης  
ταρπεῖαι. μήνις γέ γέ σοφίας φάρμακον εὑρεῖται: hoc est: illa ve-  
rò doctrina, o Rex, Ægyptios reddet sapientiores, magisqve pol-  
lentes memoria; nam sapientia & memoria medicamentum.

quoddam repertum est. Jam, prætereaque, quid notius, quam tabulae illæ dux lapideæ, digito exsculptæ Dei ipsius, traditæque Moysi divino viro in monte Sinai. Unde colligunt statuuntque vicissim alii aliisque Deo quidem autore, sed administratore Moysi, tunc ter p[ro]pis demum cœpisse id inventi divinissimi mansurarum vocum, adeoque Literatum ipsatum. Quidque qvarum (ac momentosæ quantæ rei?) & nullibi antè in Moysi fiat mentio: quod tamen procul dubio omni factum fuisset, si prioribus temporibus illæ extitissent. Atque hi quidem auctores inventoresq[ue]; literariæ supellectilis potissimum ex sacris hinc & inde producuntur... Nunc, si profanos etiam reqviramus Scriptores, paucis; hic legimus passim audimusq[ue]; Saturnos, Mercurios, Linos, Cecropes, Cadmos, Pythagoras, Palamedes, Simonides, imò populos integros ipsos, Ægyptios, Phœnices, Assyrios s. Babylonios, Chaldaeos, Æthiopes, qvibus omnibus sigillatim divinissimi id inventi ab aliis aliisq[ue]; adscribitur. Unum adhuc, cum pace tamen atq[ue]; venia vestra, Auditores honoratissimi, addam saltim. Memini me nuper non tam legisse satiūs, quam inspexisse obiter modò Tractatūs non-neminis (cujus suprā feci mentionem, de simili argumento, h. e. Origine Literarum) titulum sive frontale libri: in hujus ære exprimi curavit autor ejus Heroas sacros sex è primis, Adamum, Noachum, Abrahamum, Mosen, Esram atque Mala- chiam: adscriptis singulis singulis vocabulis, hisce quidem: Adamo Cepio, Noacho Servo, Abrahamo Pergo, Mosi Perficio, Esra Restauro, Malachiæ deniq[ue]; Finio. Qvo ipso non singulis vel singulatim unicuique, sed universis & conjunctim summis tribuit, quantum mihi videtur, negotium hoc s[ecundu]m laudatum inventionis rei literariæ.

Enim verò in tantâ totq[ue]; sententiarum diversitate, quæ me sollicitum non semel tenuit, de Origine nempe primâ rei literariæ sive scriptoriæ supellectilis, cui vel qvibus, ut primis inventoriis, eadem adscribenda sit, cùm scire rei veritatem valde desiderem, judicio verò meo proprio stare nolim: ad Te ANDREA SENNERTE, Oriental. Linguar. in Academiâ hac Prof. Publ. mea se convertit Oratio. Cum enim primigenia Sanctæ Literæ munieris alias sint tui: ex propositâ verò Qvæstione dubiâ totum proma-

7.

promonet illud, quod deinceps movetur atque disceptatur de Antiquitate Literarum & Punctorum Ebræorum, quae & qualia illa sint, nec non consequenter de authoritate & dignitate Verbi fœderis ḡeoπτεύσεως Ebræi, & quae sunt his similia : à Te itaque majorem in modum rogo atque contendō, ut sententiam tuam super hac dubiâ Quaestione liberè exponas. Facies rem gratam mihi atque Commititonibus meis, atque pro navatâ hac operâ vicissim tibi studia atque observantiam nostram sancte pollicemur.

## 2. RESPONSIO data.

Premiss. Premitt. Deinde, Quaestione tuam, Reverende atque Literatissime Dn. Mag. N. propositam quod attinet, de Origine nimis Literarum, sive Scriptoriæ supellec[t]ilis primâ. Utique prout recte dixisti, de lana caprinâ illa minimè est. Recte Pythagoras, Plato, Cicero, aliique easdem ad cœlestem & divinam naturam referunt. Sunt omnino cædemque omnis eruditio[n]is & sapientiae καιμάνων, societatis humanae instrumentum & vinculum, Verbi denique ipsius divini ætriarum ac sacrarium quod-dam. Ac quoto[s]que adeò, Literatorum præsertim, Originem earundem atque incunabula prima nosse non desideretur? Principiò jam Plinium quod attinet, qui lib. VII. nat. hist. cap. 56. Æternas illas pronunciat, Plinio quidem patrocinari ego nolim: interim ille alibi (lib. V. cap. 12.) expresse quoque scribit asseritque: Ipsi gens, inquit, Phoenicum in gloria magna est inventionis Literarum & siderum, navaliumque; ac bellum artium: & in hoc ipso capite 56. lib. VII. seriò affirmat: Literas semper, inquit, arbitror ego Assyrias fuisse. Ex quo colligere aliquis forte posset, vel sibi Plinium non constare, vel eundem non in sensu strictissimo sumere vocabulum Æternitatis sive æterni, sed pro eo, ut non raro accipitur aliás, quod est successivum, continuum vel longum. At verò quicqvid ejus sit, cum & alibi vicissim, statim sub initium historiæ suæ, lib. II. cap. 1. dicat scribatque: Mundum Numen esse æternum interitatumque nunquam , facilis doloriorque, Plinium ut ethnicum loqui, atque ex hypothesi falsa suæ. Interim, si quid dicendum forte, & in Æternitatis fastigium quoddam collocanda Literæ, cum Jac. Saliano annal. eccles. tom. I.

tom. I. dicitur mollius utcunqve: Eternas esse literas, qvia ex-  
 rum æterna fuit scientia apud Deum æternum & ab æterno. Hoc  
 enim forte modo æternæ illæ fuerint, alio nullo. Facet id ve-  
 rò commenti Judæorum, & in specie Cabballistarum, qvi traçunt:  
 Legem divinam & ipsam exscriptam jam excitisse ante conditum  
 mundum à Deo, Literis igneis fuscis, super dorsum ignis candi-  
 di, referente magno Capnione illo, de art. Cabbal. lib. III. p. m. 312.  
 & procul dubio omni ex illo magno Théologo B. Mart. Chemni-  
 tio, in Ex. Conc. Trident. art. de SS. pag. 15. Jam, Æternæ Lite-  
 ræ cùm minimè adeò sint, qværitur rectè: ecqvando in tempore  
 esse cœperint, reveraqve existere eadem? Cæterum Adamum  
 primò, hominem primum, producis: cui partim adscribis eas-  
 dem, ut inventori, partim detrahis vicissim denegasqve. Ascri-  
 bis intuitus dignitatem ejusdem, atqve adeò considerato eo absq;  
 dubio ante apostasiam suam sive lapsum, ut vulgo loquuntur: (post hunc enim illo modo considerari non potest:) detrahis ve-  
 rò denegasq; iterum, propter summam ignorantiam & imperfe-  
 ctionis gradum, in qvem deinceps præceps factus fuit post illum.  
 Ego certè verò neutrum horum absolutè & simpliciter affirma-  
 verim. Non primum. Utiqve n. homo qvidem primum, ad i-  
 maginem Dei conditus, polluit extra controversiam, in statu illo  
 primo perfectionis suæ, excellentissimo ingenio quantum &  
 intellectum & memoriam: qvod vel felicissima illa ὁμοιότερος  
 testatur, qvâ statim in Paradiso apta & convenientissima singulis  
 formis animantium normina indidit. At v. sunt contrà Literæ L-  
 scripturia supellex Instrumentum & adjumentum intellectus  
 jam depravati & labilis memoria. Qvo qvidem minimè vide-  
 batur opus homini in excellentissimo illo perfectionis suæ gradu  
 adhuc constituto. Ausim dicere, immò posteros qvoq; primi ho-  
 minis qvosvis, si in perfectionis statu illo permanissent una cum  
 primis parentibus, qvocunq; in loco & tempore vixissent, non o-  
 pus habituros ex necessitate scil. qvâdam suâ absolutâ, adminicu-  
 lis hisce rei scriptoria vel Literarum notis: nisi fortasse delecta-  
 tionis ergò cujusdam. At verò qvale hoc delectamenti genus o-  
 periosius; cuius loco ipsis omnibus & singulis in individuo fuis-  
 sent esseq; poterant ingenii vires memoriæqve vigor in excellen-  
 tissimo

9.

etissimo gradu posita ipsa, rerumq; omnium præsentissima cognitio memoriaque constantissima? Pœna potius peccati, ut clarius dicam, atque non minima pars miseriae humanæ post lapsum sunt Literæ, cum omni & reliquâ culturâ ingenii humani (vid. & conf. omnino B. Lutherum in Genes. cap. 5.) Non itaq; cœperunt Literarum notæ, ut videtur, cum primo homine in perfectionis vel innocentia sua, ut loquuntur, statu adhuc positō. Nunc, post corruptionem verò ejusdem atque hoc à culmine illo deturbato (qvod alterum dubiorum tuorum erat, circa Adamum, mi reverende & doctissime Dne Mag.) nihilominus, ut sentiebas quidem, hoc inventum nobile Literarum eidem per omnia vel penitus, denegandum non est: quasi verò is (Adamus) adeo expers & rufus semper fuisse formandorum Characterum qvorundam, ut nihil unquam potuerit adferre ad rem conficiendam literariam. Potius, in ignorantia quidem summæ gradum dejectus, at verò divino auxilio ex gratiâ restitutus iterum tanquam considerandus idem venit, etiam in hâc parte: qvod divina concio s. lattissimum nuncium de salute æternâ exhibitum eidem in Paradiso statim evincit: facta à majori ad minus, à spiritualibus ad temporalia collectione firmissimā. Adeoq; dicendum piè sentiendumq; qvemadmodum Addmus universi generis humani qvondam Parent, Rex & Sacerdos fuit (verba B. Lutheri in Genes.) ita omnis sapienæ, divinæ pariter & humanæ primus autor quoq; & inventor absq; dubio fuit. Neq; enim putandum, Adamum, per tot seculorum spatio nongentis integris & insuper triginta annis, otiosum egisse naturæ spectatorem, qvin potius exfuscatis residuis illis divinæ imaginis scintillulis, id operam dedisse sedulè, qvomodo (urgente præsertim necessitate) viam sterneret, ac fundamenta jaceret saltem qvædam, artibus omnibus atq; singulariis iis, qvæ ad spiritualem & temporalem vitam conducunt: in qvarum numero, qvis est, qvi dubitet, qvod fuerint Literarum vel saltem Characterum qvorundam qvalium qvalium, efformatorum ab ipso, imagines quoq; qvibus intellectui deformato & memoriaz labili subveniretur? Hæc atq; talia v. ut asseram, moves me post alia (dicta) maximè (ac certè si nihil aliud) de motu Cœli atq;

atque stellarum scientia illa nobilissima, Aeternitatem quam  
vocant vulgo hodiè, cum reliqua Mathesi. Ecquis enim vel tem-  
porum vel saltem annorum seriem (quicunque jam illi numeren-  
tur) multò magis mensum atq; hebdomadarum, adde statos Sab-  
bathi dies, indicatos Adamo serio à Deo, accurate, ad tot secula si-  
ne omni Characterum vel notularum quarencunq; admirabilis  
observari potuisse credat? Ceterum an Deo monstrante ipso in  
cello siderum positu certo ac ordine, ut Ebræorum tradunt DD.  
quidam, cœperint primò illæ notulæ, in medio relinqvo. Certè  
de Δελτα s. Δελτωτῳ suo Græci idem afferunt, atq; Palamedi  
tempore Trojani belli, inventum quatuor literarum harum Græ-  
carum: Θ. Ζ. Φ. Χ. à gruibus volantibus demonstratas fuisse  
Philostratus testis est. Verum enim verò jam, hæc quæ dixi de A-  
damo, inventore, vel quasi, literarum quarenciam, omnia cum  
grano salis, quod dicitur, accipienda velim, atq; hinc anteqvam  
(ab illo) recedam ad alia, moneri digna, me judice quidem, hæc  
duo adhuc addo. Primum, id inventi ejus, quarencunq; sit,  
non fuisse repentinum, sed habituale & successivum, non pri-  
mis ipsis ejus annis simul & semel enatum, multò minus perfe-  
ctum unquam ab eodem, sed successivè cùm ab ipso, tum seqviori-  
bus Patrum aliis. Sanè n. non putandum est: sicuti Rationem  
seqvitur oratio vel sermo immediato quodam nexu & naturali  
(quarenciam si industria & cultura non accedit, nativus & illi hic  
non sit) ita Orationem s. sermonem quoq; Scriptura: quasi verò  
& hæc naturalis s. nativa sit. Minime. Porro nihil simul sit & se-  
mel, perficiturque: facitq; nec natura ordinariè saltum. Veri-  
tatile quoque est, atque ex historiis cùm sacris tum profanis, o-  
mniumq; omnino gentium potest probari: Inventiones atque u-  
sum artium illiberalium s. vitæ animalis priores extitisse ubique  
terrarum, quam scientiarum, disciplinarum & vitæ spiritualis, ut  
sic dicam. Homo n. natura post corruptionem de corporis & vi-  
tae commodis primò, vel certè magis sollicitus est fuitque, quam  
de cultu animi vel animæ, de terrenis & elementaribus, quam su-  
perioribus & celestibus. Quod, ut profanos raseam Scriptores,  
vel sola testatur Scriptura s. quando Adamum, Kainum, Abelem,

Jabo-

Jabalem, Jubalem, Tubalkainum, Noahum & reliquos in ordine illo patres seqviores, introducit ut pastores, fabros & metallicos lignariosq; & sic consequenter: de culturâ v. animi litericq; parum vel nihil fermè habet. Verè qvondam hinc Lucretius sub fin. lib. sui 5. cccinit:

*Navigia, atque agriculturas, nomina, leges,*

*Arma, vias & cetera de genere horum*

*Pramia, delicias quoque vita funditus omnis,*

*Carmina, picturae & Dadala signa polire,*

*Ius & impigre simul experientia mentis*

*Paulatim docuit pederentim progredientes.*

Idem testatur quoque Literar. Græcarum itemque Latinarum successio atque origo, pedentim, non uno facta tempore: quæ de re videri poterant Aristoteles, Livius, Gellius, Bibliander alii aliquæ. Tantundem itaque existimo de Literis Adamæis sentendum quoque. Alterum jam quod addendum videbatur mihi, hoc est: Distinguendum esse diligenter vel accuratè inter Scripturam Symbolicam vel emblematicam, quam sic vocitem, & Literariam ac propriè sic dictam, sive notas vel prima elementa literaria. Illa repræsentativa est rerum atque conceptuum, rerum maximè. Hæc verborum s. vocabulorum, syllabarum elementorumque primorum vocis articulata. Illa ex. gr. si beneficio annuli vel circuli æternitatem, si imagine Solis aut Lunæ, solem ipsum vel Lunam repræsententes, si per literam E. domum, I portam, U unicum, T telum, & sic consequenter. Tales sunt notæ quoque numerorum, Ziphras quas vulgo ve- cant, itemque elementa Musices, numeros ipsos, unum, 2. 3. &c. sonorumque discrimina ac intervalla repræsentantia. Hujusmodi item fuerunt quondam Ægyptiorum hieroglypha grammatæ, ιερογλυφικæ sic dicta Scriptura, quod in sacris ejus maximè usus esset, quæque cernitur adhuc hodie in obeliscis ac pyramidibus nonnullis. De qua Cornel. Tacitus: primi per figuræ rerum (animalium, volucrum &c.) Ægyptii sensus mentis suæ effingebant, non literis vocabula repræsentabant. (Parum hic me movet triplex, secundum alios aliosq; Ægyptiorum scri-

ptura: conf. Buxtorf. Fil. tr. de Lit. Ebr. §. 43. conf. &c §. 45.)  
 Ius generis Indorum s. Chinensium potissimum quoque hodie adhuc  
 censetur esse scriptura, repräsentativa verius rerum, quam voca-  
 bulorum. Altera illa porrò Scriptura alphabetaria, vel nota  
 ipsæ & elementa literaria, repräsentativa sunt verborum, syllabi-  
 barum & imprimis elementorum vocis articulatæ primigenio-  
 rum. Etenim cum vox humana verberato aere, ut cum D. Au-  
 gustino lib. II. de Doct. Christ. ex parte loquar, statim transeat,  
 nec diutiū maneat, quæ sonat, instituta sunt per literas signa quæ-  
 dam verborum: ut voces inexpectabiles alias ac fugaces indu-  
 mentis quasi ac vinculis quibusdam adstringantur, siveque oculis  
 quodammodo sificantur; non quidem per seiphas, sed per signa  
 quædam certa atque imagines: invento sane admirabili divi-  
 naque, & quo magis admirare, tanto magis admirando: & quod  
 maximum adhuc est, ut eō in librorum arcas sensa animi quasi  
 deponi possint, transmittique ad alios etiam, eosdemque qui  
 eum locorum, tūm temporum intervallis plurimis à nobis ab-  
 sunt. At vero jam, an utriusque Scripturæ simul symbolicæ &  
 alphabetariæ inventor, Adam primus homo, fuerit, ambigere ali-  
 quis meritoque possit. Certè nihil sit simul & semel perficiturq;,  
 ut antea dictum: media vita animalis quoq; præcedebant absq;  
 dubio apud Adamum culturam animi: altum de hac item S. Scri-  
 pturæ silentium est: illa porrò, quicquid sit, scriptura Symboli-  
 ca alphabetariæ prior est, hac vero ex illa emblematica per imi-  
 tationem nata cum tempore & successivè: tandem cum memo-  
 ria subsidium maximè sint literarum notæ, illarum tunc tempo-  
 ris adhuc necessitas tanta non videbatur esse, cum longissimam  
 vitam transigeret Adamus unā cum antediluvianis reliquis, viva  
 vox atque institutio, nec non ~~Aglos~~ florarent quoque & que  
 his sunt similia alia: adeò ut omnino sufficeret Adamo symboli-  
 cus character videri poterat. Porro, facessant vero planè illa Al-  
 phabeta Adamæ spuria & confusa Thesæi, Angeli Rochæ, Hep-  
 burni, Schraderi, Duretiani à Te producta NN. vix digna cum re-  
 liquis ejus farinæ, operosa refutatione, quali quidem dignatus  
 eadem est Cl. Th. Bangius in Calo suo Or. ineptissima sunt, verboz.

(vera)

(verba ipsissima magni Scaligeri sunt alicubi) hominum imperi-  
torum eadē commenta. Præterea, talem nunc (symbolicam  
nempe scripturam) non propriè sic dictam, veris constantem li-  
teris suis putaverim ego fuisse item illam Sethi posteriorum apud  
Joseph. antiqu. Jud. lib. I. cap. 3. (Setho enim ipsi non adscribit  
idem, sed posteris ejus.) Ecquis n. credit, secundum literas &  
verba singula, per aphorismos aut præcepta, lapideis columnis  
duabus inseribi potuisse astronomica inventa singula, ac reliquam  
Mathesin, aliarumq; artium observationes: potius symbolicus  
character Scriptura ergo hæc vicissim fuit, ad formam obelisco-  
rum Ægyptiorum nec non schemata fortè, ut hodiè sunt, mathe-  
matica quædam. Talem denique ac sic dicendo, superficialem  
ac minus exultam adhuc censuerim ego quoq; fuisse antedilu-  
vianorum omnium & singul. Scripturam (Sethi apud Epiphan. E-  
nochii apud Origen. Tertull. August. Hilar. alios, Libri, uno ver-  
bō, spuriis sunt) hanc servatam fuisse quoque à Noacho puto, su-  
periùs dictis de causis; maximè vero ideo, quod inventionis re-  
rum aliarum viliorum mentionem faciat Scriptura S. tantæ mo-  
mentosæ rei, quales sunt Literæ, ne verbo quidem uno: quoddve  
Ægyptii porrò post diluviani usi hæc (symbolica) fuerint adhuc  
suo tempore, atque prætereæ antediluviani illi, quæ sit per lite-  
rarum notas, propriè sic dictas, ut suprà jam quoque dictum, ca-  
rere potuerint adhuc forte propter virtutæ suæ longævitatem, vi-  
vam vocem & institutionem, ~~et~~ aliisq; de rationibus si-  
milibus: quodq; tandem antediluviani illi, sub Ecclesiæ atque  
politiae crepundia, adhuc viverent in summâ simplicitate, naturæ  
lege contenti maximè, nondum lata utpote scripta quadam, ad-  
eoque cuius (Scripturiæ literarizæ) nullus usus forè adhuc esset,  
neque in sacris neque profanis: tacente prorsus, ut non semel  
dictum, S. Scripturæ in tam momentosâ re quidem.

Jam Postdiluvianos vero qvod attinet, detracto his plurimum  
annorum, imò seculorum numero, minusque vivacibus adeò,  
hisce concesserim ego nunc assignaverimq; Literarum notas pro-  
priè sic dictas, è superiorum symbolicarum imitatione natas: ver-  
borum, non amplius rerum tantum, repræsentativas: sapientiæ,

præsertim verò memorie medicamentum & adjumentum, quem  
 admodum Plato salutat eisdem, nobilissimum. Præsertim, Vin-  
 dicem illarum Opt. Max censuerim ego jam Theatum illum Pla-  
 tonicum, h.e. Virum divinum, Abrahamum, arte & marte, ut ho-  
 dieloqyimur, clarum Virum: qui ad Ægypti Regem Thamum  
 venerit, eundemq; Literarum notas, propriè sic dictas, non am-  
 plius emblematicam illam Scripturam, (quam noverant ante-  
 qvippe) docuerit juxta cùm aliis artibus & scientiis. Hasce in-  
 terpolatas porrò magis magisque (ecquis enim est qui nesciat,  
 Linguas & Literas propè in secula singula mutari adhuc dum)  
 hasce, inquam, interpolatas porrò magis magisque, imo, D E O  
 autore, consecratae demum fuisse crediderim à Mose, divino Vi-  
 tro, in librorumque arcas qvæ depositas primùm eò temporis,  
 publicique adeò juris (qvæ privatæ ante magis erant mysticæq;) factas.  
 Videndi omnino, si placet Tibi N.N. consentientes no-  
 biscum non parùm B. Augustinus, & in hunc L. Vives de Civ. Dei  
 lib. XVIII. cap. 39. item B. Mart. Chemnitius in Exam. Conc. Tri-  
 dent. art. de Script. S. pag. m. 14. seq. H. Grot. de Ver. Rel. Chr.  
 pag. m. 18. Id enim est jam totum, probe notandum, qvò dubium  
 illud insigne (quod me quoq; sèpe tenuit) posse solvi existimem:  
 accur nimur in toto Mosis libro primo, imò ad Legislationem  
 usque Literarum vel Scripturarum, tam momentosæ rei qvidem,  
 aut Usū earundem nulla uspiam vel unquam fiat mentio? etiam  
 in illis locis, ubi earum maximè insignis videbatur habenda ratio  
 qvædam vel necessitas, ex gr. ut alia plurima mittam, Genes. cap.  
 XXIV. cum Abrahamus servum suum in Mesopotamiam able-  
 gagat ad cognatos, conciliandis filio Isaaco nuptiis, absque scripto  
 ullo & literis. Cap. XXVIII. cum Isaacus Jacobum & ipsum eo,  
 absque ullis literis, & scripto. Cap. XL V. cùm Josephus fratres  
 suos ad Parentem Jacobum. descensus in Ægyptum ergò, vicissim  
 absque scripto ullo & literis & sic porrò. Id, inquam enim est,  
 si jam distinguamus inter existentiam Literarum, & Usūm fre-  
 quantatum magis magisque. Extitisse enim prioribus illis tempo-  
 ribus, maximè Abrahāl, Isaaci, Jacobi, Josephi &c. Literarum  
 notas propriè sic dictas, minimè negaverim ego forte, in frequen-  
tive.

15

tū verò publicoque, nostræ ætatis more, usu adhibitas fuisse easdem, id est, cui silentium altum Script. Sacræ per totum ejus librum I. imò plus ultrà reclamat: ne γενινον vel μνηστηρίον carundem unquam vel uspiam mentione, ut non semel, sed iterum iterumq; dictum. Qui autem factum hoc sit, præter alias, ratio hæc facilis dari potest: Inconvenientia nempe materiae vel subjecti, modiq; in quo & quo literarum suarum imagines exprimerent veteres superiorum temporum, nec tūm inventā chartā hodiè nostra. Notissimum quippe de vetustissimo scriptore Jobo: hic plumbum s. plumbeam tabulam sibi optat, imò petram, ærumnis suis describendis. Concio divinæ majestatis porrò in Sinai digito DEI in lapideis tabulis duabus exarata fuit. Ita, laterculis coctilibus, metallo, æri, ligno, cortici, papyro antfoliis arborum, cereis tabulis veteres inscripsisse literas suas quid notius? aut plicatili materiae cuidam, corio, panno, membranis & sic conseqventer. De qvibus lectu non indigna videri possunt apud Alex. ab Alexandro, genial. dier. lib. 2. Polydor. Verg. de inv. ref. l. 2. Panciro II. hodie, aliosque. Atque hi en. N.N. ejus divini inventi, notularum nempe Literiarum quantitum m̄hi videtur, natales qvādem, progressio nec non ejusdem series modusq;.

Enim verò jam prætereaque, quos è profanis produxisti Scriptoribus, puta Platone, Herodoto Halicarnass. Diodor. Siculo, Dionysio Halicarnass. Lucano, Stabone, Plinio, Plutarcho, Gellio, Cæl. Rhodigino &c. nempe Saturnum, Mercurium Trismegistum, Linum, Gecropem, Cadmum, Pythagoram, Palamedem, Simonidem, imò populos ipsos integros, Egyptios, Phœnices, Assyrios s. Babylon. Chaldæos, Æthiopes &c. quasi verò hi quoque inventores literarum quarundam fuerint, hi, dico, primigeniarum literarum autores tamen minimè sunt, sed succedentium saltem, vel successu temporis ex primis illis (occasione harum) exortatum: v.g. Græcarum (vid. omnino & conf. H. Grotius, suprà cit. l.) Hetruscarum, Latinarum, aliarumque. Acceperunt enim extra omnem controversiam à primis Patribus easdem Egyptii atque Phœnices, ab hisce Græci, à Græcis vicissim Hetrusci, Latini, Teutones &c. De qvibus perver-

tauti

tosti hi apud Petr. Crinitum libr. X VII. de hon. discip. ver-  
culi:

*Moses primus Ebraicas exaravit literas;*

*Mente Phœnices sagaci considerunt Atticas;*

*Quas Latini scriptitamus, edidit Nicostata;*

*Abraham Syras, & idem reperit Chaldaicas,*

*Ihs arte non minori protulit Egyptias,*

*Gulila prompsit Getarum, quas videmus, ultimas.*

Postremò Tractatum nonneminis (is autem est, absque dubio, Thom. Bangius, Septentrionis sidus haud alias è postremis / quem produxisti quod attinet & frontale Libri ejus, in quo vel con-vel dissentiam ab illo ex dictis fortè jam satis constare poterit. Verbo: sit ita, dicat affirmetque ibid. loci: *Ἄρχων Αδαμί repræsentativum Bangianum: Cepio: quod intelligo ego maximè de scripturā emblematica s. symbolica, ut ante dictum, non literaria seu propriè sic dicta, quam distinctionem notanter nec sine causâ ursi superiùs: de qua interim Autor Cl. ne γρ̄u quidem per totum suum tractatum: cum tamen si de origine qv̄zatur Literarum, illa diligenter ac pro re nata sit attendenda vel inculcanda, quando & quotiescumque de illis aut hisce sermo sit. Dicat p̄gō affirmetque Noachus repræsentativus: Servo: quod intelligo item, ut modò dictum. Dicat Abrahamus: Pergo: Hic admiserim ego jam quidem fortè Literarum elementa prima propriè sic dicta, recens si non modò inventa, aliquām exculta tamē meliūs. Dicat Moles: Perficio: consecratis quippe Dei dīgito iphius jam iisdem elementis, administratore Mose. Ceterum cur Esra Restano, & denique Malachia Finio adscribatur, non video ego latis, cūm non tam literas, quam Canonem Verbi *Ἐποπτεύει* Vet. Organi restituerint finierintque, vel determinaverint potiū Esra & Maleachi; à plurimis Ebr. etiam iisdem ambo pro uno codemque habeantur: denique nec horum (quicquid ejus sit) tempore, inventioni scriptoriū supellestilis universæ, universæ dico quidem, imposita Colophon aut finis fuerit, quod potiū ut sunt Origines vicissitudinesque rerum, Deoque placuit, cui Laus! nostris vel postremis hisce mundi temporibus factum:*

*inver-*

inventâ chartâ hodiè nostra, commodo exscribendi literas subje-  
cto vel materiâ : nec non Chalco-s. Typographia, divinissima ar-  
te : qua quidem mille & plures passim uno die exscribuntur ho-  
diè libri , quâm superioribus seculis, 2. vel 3. nec exscribuntur  
tantum, sed terris uniformibusqve literis , mansurisque constan-  
tissimè per temporis, edacis aliâs rerum , intervalla infinita. Ad-  
mirando verè & illo iuvento, & quo magis admirere , non admira-  
rando satis. Quod de non incommodè omnino videor mihi uti  
verbis Cæl. Rhodigini, quibus hic de literarum notis in genere a-  
liâs : Quid, quæso, illa scribendi majestas , quæ tantarum rerum  
Scientiam nobis comparat, vetustatem propagat , nihil finitque  
interire: & quod omnia conterit tempus, nostris cogit manibus  
succumbere? quid hoc magnificentius? quid æquè mirandum?  
id esse homini datum, in quod ne mortis quidem avida rapacitas  
jus ullum habeat? At verò finem dicendi facio. Atque hæc sunt,  
quæ ad quæsita dubiaque tua N.N. respondere placuit. Ex qui-  
bus, ut rectè monuisti, totum denique proficiscitur illud, quod  
deinceps moveri ac disputari solet, de Antiquitate Literarum &  
Punctorum Ebræorum Codicis Sacri similibusque, quo de alio  
fortasse tempore & loco dicendi locus erit. Postremò dictis hisce  
meis, præjudicare nemini volo ac nulli: quo de obtestor. Sen-  
tia tamen quid velit, quilibet. Versamur quippe omnes ac singu-  
li in Republicâ unâ literaria, sed illa extra fidem &  
verum, liberâ.

## D I X I.

C

A. 2

## EXERCITATIO II.

De

## PUNCTORUM VOCALIUM

Ebræor. natalibus vel antiqui-  
tate,

AUTORE

ANDR. SENNERTO.

## I. QUÆSTIO proposita.

**J**ussis pareo meritò lubensque, Decane Spectatissime, Dn. Praecep-  
tor & Promotor honoratissime, atque cò id lubentiùs, quò magis & commodùm aurem mihi vellicat ( ut rem sive ambagibus &  
stante, quod dicitur, pede aggrediar ) atq; eò id, inquam, luben-  
tiùs, quò magis & commodùm aurem mihi vellicat *Quæstio*  
diu & multùm vexata quidem è Philologiâ Orientali, sed vel id-  
cò multò item nobilio summeque sane necessaria, & quæ exer-  
citatissima quæque Criticorum, philologorum atque theolo-  
gorum hactenus exercuit ingenia, nempe, de *Antiquitate vel Ori-  
gine Punctorum Vocalium apud Ebraeos, an scil. literis nec non tex-  
tis S. Ebraeo Vet. Instrumenti sive coeva, an minus?* quâ in Quæ-  
stione non parùm videtur consistere authoritas, integritas, clari-  
tas vel intellectus aut *Sensus ipsissimus Verbi DEI* Vet. quidem  
fœderis ḡoꝝ & ḡy. Tolle enim atque deme puncta vocalia lite-  
ris, vel potius, ut verbis utar **A N D R. S E N N E R T E**, tuis  
( agnosces eadem ) exscriptis exerte alicubi ( in Dissertatione de  
Ebræe S. S. Linguæ & reliquatum Orr. Originibus, antiquita-  
te, &c, *Pone, inquam, arq; finge, heua, qvicunq; es bone, Masore-  
zbarum ( qvicunq; illi jam fuerint etiam ) inventum esse puncta vo-  
calia, que evidentie majorisq; certitudinis ergo ab iisdem & quasi  
de su-*

19

de superfluo addita sint: atq; illico perfectio hujus lingue ( Ebraicæ  
nempe ) & quæ præ ceteris eidem debetur concidet, qvam primum  
nempe puncta vocalia consonis detraxeris: atq; actutum porro Scri-  
ptura S. obscurabitur, incerta reddetur, divinationibus exponetur,  
hostibus depravanda tradetur, traditionibus mancipabitur, vene-  
randam pia fideorum antiquitas aut ignorantia aut invidiæ accu-  
sabitur, animæ hominum dubitationibus immersentur, omnes de-  
niq; lingue, etiam insimil generis & post hanc, Ebraicam nostram, or-  
ta prognataq; quæcunq; illæ fuerint, Ebraicæ matri veneranda pre-  
ferentur, &c. Hactenus verba tua ( agnoscis, inquam, eadem)  
**SENNERTE.** Sanè enim & rectè elementa vocalia ubique lo-  
corum & in omnibus & singulis linguis *Anima* quasi sunt Le-  
ctionis & Sensus verborum ipsissimi. Unde rectè videor mihi  
colligere ita:

Quodcunque efficit veram & genuinam Lectionem, ac sensum  
progenerat sive intelligentiam ac interpretationem rei & ver-  
borum textūs alicujus, id omnino eidem essentiale & adeo  
coævum est: Sed puncta sive elementa vocalia efficiunt veram  
& genuinam lectionem, & sensum progenerant verborum tex-  
tūs alicujus sive sacri sive profani: Ergo eidem sunt essentia-  
lia & adeo coæva.

Adamantium videor mihi id esse argumentum. Nolim agglo-  
merare plura: Dictum præsertim id decantatissimum Servatoris  
nostrī, Matth. V. v. 18. *Amen, amen, dico vobis, donec præter-  
eat cœlum & terra, Jota unus aut unus apex non præteribit è Le-  
ge &c.* Ubi per Iω& & ē, expressim minima litera Ebraicorum &  
fons atque origo reliquarum, Jod nempe intelligitur, per iuxta  
reptæ elementa vocalia, reliqua hoc pertinentia. Planum, ni  
fallor, iterum & indubitate tale. Nolim præterea addere testi-  
monia Masoræ, Talmudis & antiquissimi librorum Zohar, alio-  
rum: in quibus singulis sit mentio punctorum & accentuum E-  
braicorum, similium. Atque hoc est, quod me torsi non semel  
dubium, & hæc vice, jussus præsertim, non dubitavi palam expo-  
nere. Cæterum ut ut ab affirmativa thematis vel questionis hujus,  
quæ de hactenus paucissimis, videor mihi firmo satis stare talo, at-

tamen judicio inhærente meo uni, soli nolim, sed ad Te potius  
**ANDR. SENNERTE**, Senior Academiæ hujus &c. Dubium  
 hoc devolvo totum, & ut super eodem haud gravatim tuam ex-  
 ponas liberè sententiam meo & Competitorum meorum nomine  
 peramanter & officiosè rogo. Nimirum, ut dicas, & an allega-  
 ta superiùs verba & horum mentem pro tuis agnoscas, & porrò  
 quid in communi de themate vel Quæstione propositâ hâc sta-  
 tuendum? Facies hac in parte rem gratam prorsus mihi & com-  
 militonibus meis, atque pro navatâ hâc operâ vicissim Tibi studia  
 atque observantiam nostram sanctè pollicemur atque promitti-  
 mus.

## 2. RESPONSUM datum.

**M**έγα λίαν Αἰτημα, & à quo atque à Te simul optarim me  
 absolvi, Præstantissime atque Doctissime Dn. Mag. N. N.  
 Nostri quippe absq; dubio sententiarum divortia super hâc Quæ-  
 stione, & in quantum, (ut rectè dixisti sub init. mox) torserit ex-  
 ercueritque hâc exercitatissima quæque ingenia; quid? homi-  
 num & Philologorum & Theologorum, sic dicendo, Daemonia.  
 A me minimo itaque quomodo expectare possis solutionem no-  
 di hujus? Dicam nihilominus, ita quandoquidem vis, cum & di-  
 xerint ante me alii, & pro eâ quâ illi libertate, si non ingenio &  
 dexteritate, quæ fortasse dici poterant de hâc sive re sive Quæstio-  
 ne: quanquam paucissimis, quâ id fieri quidem potest, & hac  
 vice probabiliter, non æquè definitivè vel sententialiter: por-  
 rò si priùs Tibi, Præstantissime Dn. Magister tuisq; Competitori-  
 bus de consecutis modò honoribus vestris binis bonis verbis gra-  
 tulatus fuero: atque en adeò precor, Præeximi Literatissimique  
 Dnn. Magistri novelli, ut collati recenter Vobis honores cum u-  
 nâ annexis cedant in DEI Ter O. M. honorem & gloriam, Eccle-  
 siæ atque Reipubl. literariae commodum, Vestrum verò atque stu-  
 diorum vestrorum incrementum magisque auspicatò & undi-  
 que feliciter! Faxit ita benignissimum Numen, Faxit!

Cæterim nunc de *tribus* potissimum videor mihi Tecum, mi  
 Optime Dn. Mag. agendum esse: *primum* cō: an Verba allegata  
 à Te, ex Dissertatione mēâ de Ebrææ S. S. lingua & reliq. Orr.  
 Orig.

Origine, antiquitate &c. agnoscam adhuc pro meis? secundo de argumentis & fundamentis tuis, quæ substruxisti sententia tuæ affirmativæ, nempe de antiquitate vel potius coævitate punctorum vocalium cum una literis vel textu Ebræo originario: Tertio, superaddenda fortè item quædam fuerint, quæ hanc tuam sententiam dubiam uterque facere, & contrariae, negativæ nimis. fave re probabiliter queant.

Ac primum jam quod attinet: Ita est: qui negem, quæ in Dissertatione allegarâ à Te meâ, repetitaque non semel typis, ex scripta expressim sunt? atque extent per me amplius eadem, extent ibidem. Cæterum scias, me tunc temporis, primis Professionis meæ annis, secutum vulgatam, maximè Nostratium, sententiam; & ita debuisse tûm fortè. Cætera, quæ ad primum id ãt̄nua tuum responderi à me possent, dicenda vel subsequentia mox clariora facient.

Alterum Qvæstum tuum nunc majoris commatis est. Affirmativæ scil. tuæ pro antiquitate vel potius coævitate punctorum vocalium una cum literis & textu S. Ebræo, substernis hæc quidem fundamenta leqq: primum; quod Elementa vocalia *Anima* quasi sint Lectioñis & sensus verborum textus alicujus ipsissimi: unde ita colligebas vel argumentabaris: Quodcumque efficit veram & genuinam Lectioñem, & sensum progenerat vel intellectum verborum textus alicujus, id omnino eidem essentiale & coæuum est: Sed puncta vocalia &c. Ergo. Verum respondeo: i. distinguendo inter elementa vocalia considerata ratione Soni, imò addo ratione sensu inter pronunciandum & ratione Signi vel Characteris, repræsentatiui illorum. Priori modo concedo, sic Vocales essentiales esse ac coævas Sermoni, imò Lectioñi & pronunciationi ac sensum progenerare ejusdem: at verò posteriore modo nego, scil. ratione signi, characteris vel figuræ externæ, repræsentativæ illorum, quasi v. absolutè & per omnia necessarium fuérit sub primis statim crepundiis rei literariæ ejusdemque excogitatæ supellecibilis etiam expressisse mox vocalium notas vel characteres quosdam, ac quasi verò hinc, id si non fiat, elevetur mens, sensus vel intentio scribentis. Sic quippe vide-

mus olim Samaritanos expressisse textum sacrum Mosaicum  
 absque notis vocalium: ita Talmudistas, & hodiè quoque ad-  
 huc Rabbinos, & nihilominus tamen expedite legere, expresso i-  
 tem sensu ipissimo textū. Ita etiam Abyssinos seu Æthiopes  
 hodiè saltē vel consonis adfricare, pro diversitate vocalium,  
 punctulum, vel saltē alterutrum consonae literæ crus vel latus  
 paulò diducerē latiū, vel, quod idem est, appendiculā donare  
 quādam &c. Ita Arabes porrò tribus modō contenti sunt voca-  
 lium figuris; Phatha, Cesra & Dlamma, imò duabus, si situm lo-  
 cū species, Dlamma & Phatha vel Cesram, & nihilo secū omnes  
 hunc in modum exprimunt vocalium voces sive sonos, textum ita  
 quemcunque ejusdemque sensum similiter. Quid dicam? im-  
 mò iidem Arabes unico punto in antiquissimis Alcorani manu-  
 scriptis diversas & voces & vocales insinuant: quod & Syri pun-  
 ctis suis diacriticis distinctivis ipsis diversarum vocationum, tempo-  
 rum, numerorum, personarum, generum &c. ut notum in vul-  
 gus præstant. Secundò: distinguo inter id, quod est anima Le-  
 ctionis sive efficit hanc ejusdemque progignit intellectum, & in-  
 ter id, quod concernit scriptio[n]is rem vel modum: nec enim  
 me judice quidem, sequitur, quod illi est essentiale & coæcum,  
 ergò etiam huic similiter: non, minimè: rem demonstravi exem-  
 plis & modò. Tertiò: distinguo etiam inter id, quod essentia-  
 le est rei alicui per naturam suam, adeoque eidem quoque est  
 coæcum: & inter id, quod tale est Ḥeret & ex arbitrio: illo  
 modo Vocales essentiales sunt sermoni, addo lectioni: hoc mo-  
 do Scriptioni, sunt & non sunt; imò non sunt: alia quippe est  
 ratio Orationis & lectionis, (rectius volo dicoque pronunciatio-  
 nis) alia expressionis repræsentativa illius per simulacula sua h. e.  
 verbo, Scriptionis, quæ scil. ex thesi & arbitraria est: id quod da-  
 ta superiùs exempla à Scriptionis petita modo Samaritanorum,  
 Talmudistarum, Rabbinorum, Æthiopum, Arabum, Syrorum a-  
 liorumque Oriental. populorum satis iterū probant. Et penè  
 dixerim in Orientalibus linguis, dico repetoque in Oriental. lin-  
 guis, essentialia magis esse iisdem elementa consona, quæ sic vo-  
 cant, quam vocalia: ratio: quia illa radicem sive thema ibidem

con-

constituant, non vocalia puncta, quæ variant vel possunt: ita in derivatis vocibus majorem partem illa manent, nec variantur, secus vocales: unde factum videri poterat, expressa illa & ante omnia in scriptione primitus, neglecta hæc ad tempus. Et quid, si necessitatem absolutam notularum vocalium quarundam impensè urgere velis, ecquid sibi volunt, quæso, omnium omnino consensu & temporibus omnibus sic vocatae, (& cur ita?) *Materes Lectionis* (מֹתְנִית הַקְרִיאָה) tres: יְהִי: ræpresentativæ nimis ipsæ vocalium quinque a, e, i, o, & u? quem usum & ipsæ adhuc hodiè præstant non raro in libris Talmudicis & Rabbinor. Quid dubitamus? extra quippe potius hæc sint posita omnem controversiam: quæ ipsa porrò, inventis punctis, tunc horum partem fulcro, ut hodie loquimur, facta sunt, scil. τὸ Βαυ τὸ Ηολεμ & Schurek, Jod τὸ Ήιρέκ: partem factæ *Quiescentes* sunt, h.e. otium modò agentes in lectione, eorundem quippe quando jam pristinum exspiravit officium. Nihil quicquam hic ut dicam de præsentia divinâ in populo DEI selecto Israëlitico, Urim & Tummim, vivâ voce sive orali institutione, ὁδός σωτηρίας vel traditionibus de manu in manus, פָּרָה אֲלֵי בָּחָר, Usu deniq; vel Praxi quotidiana Lectionis contextus sacri vel analogia Lectionis veræ per creberima comparata exercitia, similibus aliis, quæ defectum notularum harum, Vocalium inquam, in scriptione supplere ad tempus facilè poterant. Et tantum quidem quantum primum, discursum nempe tuum, de punctis vocalibus, quæ & quatenus anima sint aut esse velint, possunt, lectioni nec non scriptiori textus sacri Ebræi.

Alterum quod substernebas affirmativæ tuæ *fundamentum*, mi Optime Dn. Mag. N.N. erat decantatissimum & in hoc probandi genere vulgare nimis (absit dicto hostilitas) dictum quidem Servatoris nostri, Matth. V. comm. 18. Amen, amen dico vobis, donec prætereat cælum & terra, Iota unum aut unus apex non preteribunt &c. Opinantrur nimis hic per l'ōra ē minimam literarum, Jod nempe, per νεγδίαν verò puncta vocalia intelligi. Et verò sit ita, & ante omnia. Caterūm quæ consequentia? ergo fuere puncta literis & textui originario mox atque simul coæva

vel

vel essentialia? temporibus quidem Servatoris fuerunt talia, haudque peritura, sed non idem omnibus temporibus: addo *xerazay* sunt, en, non puncta vocalia, quæ maximam partem extra Holem & Schurek literis substernuntur; sed summitates, eminentiae, apices (prout genius fert vocis) cùm primò rerum quacumcunque, tūm etiam atque hīc Caracterum sive notularum literarum, in manuscriptis præsertim codicibus, illis quæ se exerebant temporibus, ornatis gratiā, certo numero & ordine, item certis literis quæ affricabantur: קְוִצָּן / פְּתִירִיָּס / פְּגִזָּן / פְּגִזָּה.

**נְגִיאָה** Coronola, spinulae, item gladioli vel spiculae à D. D. Ebræis vocatae. Non nescio quidem, (non me latet, inquam,) quod Gv. Postellus alicubi aliiq; per *neqiaj* intelligent apices tres illos, ex quibus Jod litera formatur vel constat, repræsentativi qui quidem sint vel symbola מְרוֹזָה propiatum, ut loquuntur, vel personarum trium in una Deitate. Sed transeant hæc.

Tertium denique fundamentum tuum à testimonio petebatur Masoræ nimis. Talmudis & antiquissimi, ut habetur, libri Zohar: addo ego Bahir, Cosri, Codicem Hillelianum, quos & ipsos pro Te citare fortè potuisses, in quibus scil. mentio fiat punctorum vocalium. Sed respondeo: Et quæ verò iterum consequentia? Antiqua satis hæc esse, hinc fortè probabitur, at verò non idem essentialia & coæva, Scripturæ quidem, h. e. Literis vel etiam textui sacro Ebræo. Cæterum Masora duplex est, & impressa ante centenos hos & quod excurrit annos, adeoque recens satis ad probandum id quod probari debet: antiqua porrò & in m.scr. cuius præcisè initii tempus nescimus. Talmud ante hos circiter mille annos, post natum Servatorem quingentesimo nimis, exscriptum est. Liber (Cabbalisticus) שֶׁבַר זֹהָר novus, inquam, hoc ipso seculo (anno 1603.) impressus est Cracoviæ, de antiqui Zohar ætate & ipsa non satis constat, vulgo ad annum Servatoris nostri centesimum & vigesimum referunt: author hujus perhibetur fuisse R. Schimeon ben Jochai. Idem esto iudicium de Codice Hilleliano, libro Bahir, (autor hujus putatur

R. Nechochia elaruitque anno M. 3920.) Cosri, Semadar, simili-  
bus: qualia antiquitatem fortè iterūm, sed non coævitatem pro-  
bant: Atque ita facessant, quæ ad fundamentum tuæ assertionis  
paucis, pro ratione temporis sive dicta s. responsa sunt.

Addenda fortè fuerint demùm paucissimis qvædam, quæ  
tuam sententiam affirmantem dubiam facere & negativæ favere  
queant. Cogitabis itaque & ante omnia, quæ de *Matribus Le-  
ctionis* י'נ, omnibus ita vocatis laudatisque temporibus (nee  
certè id frustrà) dicta à me supra sunt: quæ porrò de *fulcris*, (ita  
hodieque vulgo vocant) vocalium, Hirck, Holem & Schurek:  
quæ de *Quiescentibus* literis י'נ. Et cur quiescunt verò hodiè  
vel otium agunt eadem, nisi interalia, quod earum officium, in-  
ventis punctis, quantum lectionem expiravit hodiè? Cogitabis  
porrò, mi Optime Dn. M. *Varitatem* insignem & sanè mirificissi-  
mam (si rectè quidem advertas, si advertas, inquam) *Parephra-  
starum* & *Paraphraseor* *vetusiorum*, omnium penè, Chaldaeum  
volo, LXX Interpretes, Aquilam, Theodotionem, Symmachum  
(Vir certè omnes Ebraicè callentissimi) addo Syrum, Arabem,  
Ethiopem, similes. Et verò unde illa in infinitis S. & S. locis  
inter illos illorumque translationes disparitas (novi, quid re-  
sponderi possit soleatque: de corruptione nimis. hodiè illa-  
rum: an omnium & singularum? Mirum: alia taceo) Unde,  
inquam, illa disparitas, nisi quod Codicibus *McGeownis* usi  
sint non punctatis, insuper habitis hisce, punctis scilicet in ador-  
nandis translationibus suis. Unico exemplo rem declarare li-  
ceat mihi (infinita autem possent produci, & diurnâ nocturnâq;  
qui volvunt manu talia, experiuntur abundè) Exemplum at  
verò id hoc esto, è decantatissimo Psalmo Davidis, vulgo qui d.  
*Profundis* salutatur, desumptum, nempe CXXX. v. 4. Verba  
sunt hæc: *quia apud te remisso, לְמַעַן תָּרַא ut timearis;*  
quæ posteriora verba Chaldaeus interim: *מִן בְּגָלֵל רַתְחָתָמִי*  
eo, propterea, *ut videaris, observeris, absque dubio, quia legit*  
*אֲתָּה pro תְּרַא תְּרַא* Aquila & Theodotio nominaliter.

reddunt: *שְׁבַע וּבָשָׂר* propter timorem. Symmachus v. VI. Editio & Vulgata: *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל*, propter Legem, verbum tuum, quasi vero legissent *תּוֹרָה*. En discrepantia, & quanta illa! à punctato hodie nostro Codice! Alia non adferam præterea exempla temporis habita scil. ratione.

Quid dicam porro à plurimis (non nominasse perinde sit) adstrui: *Autographum & apographa extantiora libri Legis exempla* quondam planè caruisse purctis. Certe alii aliique vicissim primi tria tantum, alii VII. notulas similes extitisse modò adserunt. Nil dicam quicquam etiam de vocibus & locis non pacis, in hodiernis Codicibus nostris, non punctatis, v. g. Numer. VII. v. 18. seqq. Jerem. LI. v. 3. similibus.

Id dicam præterea nihilominus addoque (sine certâ suâ legge & ordine) Cogitabis, & impensé quidem, unâ mecum aliena sapiuscule substrata puncta vocalia suis vocabulis in Cetibh, hoc est, Scripto, ut vocant, sive textu ipissimo biblico, quæ scil. nihil analogiae cum voce suâ habent, cui substernuntur, potius monstrum faciunt pariuntque lectionis: e. g. 2. Sam. XIV. comm. 22. in voce *עֲבָדָה* *Abdêva*, inquam, quæ legenda perpetram, omnem contra analogiam, imò rei naturam, rectius quæque legenda *עֲבָדוֹ* *servi sui*, vel ut Keri, lectum sive margo habet *עֲבָדָה* *servitui*. Ita porro in vocabulis, ut habentur, obsecans, molliorum, ut volunt, punctis vocalibus substitutis: v. g. in *שְׁנִיה* *urinas suas* & *חֶרְאִיה* *excrementa sua*, 2. Reg. XVIII. v. 27. & Jes. XXXVI. v. 12. quorum prius puncta haberet verborum *מִים* *רִגְלִיחָה* *aquas pedorum suorum*, posterius puncta *צְזֹאָה* *egesta sua*. Sintne adeò, quæsumus, puncta hæc essentialia & coæva vocibus suis? sint ne monstrant hæc lectionis (liberè pronuntio) qualis etiam in *אֱלֹהִים* *pro* *אֱלֹהִים* 2. Reg. I. v. 47. alibi, profecta à Spiritu S. vel ejusdem amanuensibus? Autographa sive archetypa num talia redoleant? Minime, me judice equidem. (Cæterum scio, quid responderi hic possit solvative à non-nemine: transcant.) Masoretharum potius, inquam,

inquam, sunt artes, iaventa, quoconque illa introducta, affectu  
pio quodam, tempore; toleranda hodieque cum reliquo appa-  
ratu Masorethico in codicibus nostris, & extra qualia, an dicam?  
deficeret fortè hodiè, hodiè ajam, textus sacer nonnusquam.  
Quid dicam de Vocabulis variè punctatis: v.g. Psalm. VII. v. 5.  
6. 11. & 17. de Punctis nudis absque suis expressis literis? Vi-  
den iterum, mi N. N. Punctorum tuorum antiquitatem vel po-  
tiùs coævitatem. Ejusdem farinæ volunt esse, nonnulli quidem,  
Lectionem nominis יְהוָשֵׁל defectivè sine Jod in fine exscri-  
pti: præsertim verò *Nominis divini* יְהוָה per puncta אֶלְיָהּ  
& אֶלְהָיּ expressi. Quæ si ita essent, (& sunt: rectè.) &  
genuina tetragammati puncta amissa essent dudum expunctaque  
malè, & hæc essent iterum aliena, non coæva vel essentialia nomi-  
ni glorioso.

Plurima alia in apricum produci possent in similem rem,  
quæ suspectam facile reddere possit Coævitatem punctorum cum  
una literis vel textu sacro originali: de *Sra* v. g. vel τ/ Scheva  
tricis in originariâ, nullitate (verbo) ejusd. in aliis linguis O-  
rientalibus: de lineolâ *Raphe*, olim nimirum adhibitâ, modò &  
hodiè abrogatâ: & quo verò id jure vel authoritate (nisi cum  
sacrilegio) si essentialie literis vel textuis sacro σοιχεῖον hoc quon-  
dam fuisset? de *Mappik*, multitudine punctorum & accentuum  
prodigiosâ, interim defectu signi interrogationis, exclamacionis,  
parenthesew, similibus: de *Tikkun Sophrim*, de *Iitur Sophrim*,  
*Variantibus Lectionibus*, קריין & כתיבן quas vocant, simili-  
bus: de *Karrais*, qui ideo puncta non admittunt, quod sint pars  
Legis oralis, non scriptæ, similibus inquam. Sed transeant.

Id unicum tantum dicam adhuc: *Omnis natura neq; ordinariè facit saltum, & nihil simul perfectum & inventum*, verba ferè  
sunt Tullii & Senecæ, item Fabii alicubi: qui ergò simul literæ  
& puncta, illis vix & ne vix quidem parumper edolatis?

Nec tandem (missam facio rem & mox finio) hæc atque ta-  
lia assererem (at verò aurem mihi vellicat, quid inaudio? aliquis,  
vel qui quis, me contra publicam doctrinam statuere,) nisi, in-

quam, à partibus meis (& longo ante me minimum numero & ordine) viderem stare, & alios quidem ex toto, alios ex parte, tot Viros Heroes & undiquaque, etiam Ebraicè doctissimos, quos vel idè nominasse sufficiat, & indifferenter quidem: D. Hieronymum, dico, Aben Esram, R. D. Kimchium, R. Jacob ben Chajim, Ephodæum, Abarbenelem, (qui omnes Esra inventum punctorum tribuunt, non coæva dicunt, statuantque:) addo B. Lutherum nostrum, Aug. Steuchum, Reuchlinum, Picum Mirandulanum, Jos. Scaligerum, Is. Casaubonum, Münsterum, Ar. Montanum, Drusium, Buxtorfium, patrem, imò utrumque, B.B. Gesnerum, Hutterum, Franzium, ex nostris, Mercerum, P. Martinium, Seldenum, Vossium, utrumque Gerh. Johann. & Isaacum, Pellicanum, Bezam, Zvvingerum, Fagium, Piscatorem, Chamierum, Masium, Schikardum, Sixt. Amamam, Dieu, Erpenium, Mayerum, Hakspanium, Ravium, Leusden, B. Walton, Bochartum, & alios plurimos, qui omnes coævitatem punctorum cum literis vel textu Ebr. negant. Cæterùm postremò, ne Pontificiis & iphis, puritatis fontium osoribus, litare hoc meo asserto videar, en mentem atq; decisivam quasi meam בלא לב ולא vel ὀλοκλήρως thesibus vel aphorismis seqq. inclusam: 1. Puncta vocalia sive figura potius vel notulæ punctorum vocalium non à Tiberiensibus Judæis sunt inventa: minimè. 2. Neque simul & semel omnes & præcisè ab Esra & sociis suis. 3. Sed (partem) ante hunc & hosce à Masorethis, successivè; quos quidem à Mose, divino viro, & successoribus ejus deducendos omnino ego temper arbitratus sum. 4. Nullà interim sub determinabili ratione rei, temporis, personarum &c. qui, quando, ubi & à quibus præcisè inventa vel absoluta talia: historiæ scil. hic deficiente luce: putarim tamen ego absoluta adhibitaque hæc ab Esra & collegis suis. 5. Interim, id quando & quomodocunq; factum, factum idem non sine divino nutu, nisi speciali Geopœtri. 6. Sunt adeò & nihilominus Verbo DEI scripto & literis in se spectatis non coæva. 7. Hodiè interim Codici Ebræo essentialia. 8. Haud secùs atque Masorethicus Apparatus totus Keri & Cetibh, similia. 9. Maximè quantum ejusd. matæiale.

<sup>29</sup>  
riale. 10. Quod de punctis, idem & multò magis de accentibus intelligendum. Tantum.

## D I X I.

### Appendicula sive Κεφαλαιον :

Concernens

### Animationem Punctorum Vocalium Ebror. &c.

**I**D nempe utgent unicè fere & continuè propugnatores coavivitatis Punctorum &c. *Puncta Vocalia Ebr. Anima* instar esse *Lectioni rectæ* & sensum quantum textus Sacri originalis verum erendum, & adeò essentialia eidem: quod si verò non hoc, *Vox viva DEI*, Verbum Ejus revelatum & scriptum non fuisset omnibus temporibus plenè & integrum traditum, nec certum, sed mancum & mutilum, σοχασμῷ hinc mero niti idem vel conjectativum suā merā probabilitate costans quadam.

*Reff.* 1. Uti non semel: distinguendo inter Vocalium sonum & signum vel notulas earundem, & hac ratione ad Assertio-  
nis membris sua distinctè etiam respondendum. 2. Distinguendo  
inter tempora superiora vel Vet. Instrumenti, aut potius ante  
Captivitatem Babylonicas & sequiora & hæc nostra Novi foede-  
ris: Illo nego absolutè opus fuisse signis sive notulis similibus:  
alia cum præstō nimis. essent Lectionis certæ & rectæ adminicu-  
la sufficientia, de quibus suo & alio loco pluribus: verbo & v. gr.  
DEI præsentia in populo suo recens electo ipsissima, Urim &  
Tummim, Viva vox sive Oralis institutio, Παρθένος, traditio  
de manu in manum vel potius σόμα τρέψ σόμα, פָּנָן נְדָב  
Codex non ita amplius adhuc, Usus vel praxis lectionis ejusd. quo-  
tidiana, analogia veræ lectionis comparata per creberrima exer-  
citia, alia similia. 3. Hoc nostro verò tempore vel etiam supe-  
ficiis concedo, si notulis punctorum similibus careret tex-

D 3

tus

tus facer, incertam fortè futuram Lectionem ejusdem. 4. Ado: quemadmodum DEUS ter Max. Opt. non obstrictus fuit primis 2500. circiter seculis ( per dimidium ferè durationis mundi hujus tempus, juxta computum Elianum ) Voluntatem suam denunciare hominibus Verbo aliquo scripto, extra corundem salutis noxam; ita in hujus mox primis & Ecclesiae sue crepundiis, ut Verbum scriptum animaret quasi statim punctis similibus: dictis de supra rationibus, plurimis aliis. 5. Addo adhuc: quod τωλυμέως καὶ τωλυτρότως ( Ebr. I. ) adhuc tunc DEUS cum populo suo ageret loquereturque, Vox viva & Verbum scriptum pari passu adhuc ambularent. Canon item quod tunc nondum determinatus & obsignatus esset ( quod factum nempe demum post 3500. circiter annos à mundo condito ) immò quod Vet. foedus vel instrumentum restaret adhuc, ut sic loquar, redintegrandum ( post 4000. annos mundi ) revelatione suā quadam & per complementum Novi, & sic porrò. Vanus quocirca & postremò, vel superfluus certè, ut videri poterat metus hic de sensu recto ( absque punctorum additamento illo tempore ) Verbi scripti superiorum, dico, temporum ; dummodò constet de nobis vel sequoriibus temporibus, & viā & fundamento vel principio ad nostram salutem commodo, recto ac sufficien-  
te, &c. Legatur item & adhuc S. Amam. Antib. bibl.

pag. præsertim 743; alibi.

A. 2

**EXERCITATIO III.**

DC

**ACCENTIBUS EBRÆORUM:***Quatenus*

In Bibliis SS. Vet. Instr. habentur, illa ho-  
dieq; doctrina patet, &c.

*AUTORE***ANDR. SENNERTO.**

**V**erissimum id quidem est Sapientis Aben Esra L.B. effatum:  
**כָל פִּירֹשׁ שָׁנֵינוּ עַד דָּרְךָ הַתְּعִמָּה לְאַתְּ חַבָּחָה**  
**וְלֹא חַשְׁמָעָה אֶלָּא** Quæcunque Expositio non fuerit jux-  
ta rationem accentuum, neque acquiescito ei, neque audias eam.  
Mens fert animi quocirca nobilissimam hanc Doctrinam evolvere  
denuo, quanquam paucissimis, & ecquid tandem possit excipi ex  
eadem dispicere. Atq; hec, en, (verbo) sunt adeo, L. B. que  
asportavi ex hoc grammaticalib; bellosacrog; eodem spolia, que par-  
tiri Tecum vel communicare animo bono volui. **Hec illa. Ser-**  
**vet Te DEUS!** Scrib. τάχιστο μυστό μεο, &c. &c.

**SUMMARIUM.**

**A**ccentuationis Doctrina difficultis non tantum, sed inextrica-  
bilis (in nonnullis quidem) adhuc est. Accentuum apud  
Ebræos Nomen clatio: Necesitas: Multitudo, & unde hæc? Re-  
moventur Accentuum quædam Synonyma: item Metheg, Pesik,  
Makkaph & Soph-pasuk. Numerus certus, & Officium vel Usus  
accentuum, & quidem hic triplex. Usus in specie etymologi-  
cus: quædam specialia de eodem. Usus Musicus, quantum ῥο  
& τί, probatur paucis. Usus Syntacticus atque potior idem in  
præ-

præsenti. Specialia quædam de eodem. Norma accentuationis & quænam illa? Accentuum ministerium, vel ministri ipsi sunt rectè vocanturque sensus Scripturæ, cæteris quanquam partibus. Pausa vel interspiratio in Oratione, adeoque & interpunctio triplex maximè. Σχέσεος & Consecutionis accentuum fundatum & ratio adstruuntur. Accentus distinctivi & non-distinctivi. Subdistinctio accentuum, distinctiorum præsertim. Fundamentum & Certitudo hujus seu rei seu negotii. Probatur hæc ( posterior ) paucis. Ministerium accentuum & Consecutionis eorundem Processus & Ordo proprius nunc aliquantum considerantur evolvunturque. Accentus primi ipsi si-  
ve primarii omnium sex vel octo. Silluk in specie primum. Athnach dein. Ditio utriusque. Segolta, Rebhia, Sakeph katon & Sakeph gadol. Duces & ministri. Rigor accentuationis non unus idemque semper vel perpetuus. Adstruitur id ipsum specialius aliquantum. Ministerii accentuum Processus & Ordo genericè evolviter & paucis. Qui diversus, pro ratione sententiae brevioris & longioris. Ducum ministrantium divisio: reliquorum ita. De Periodo in specie ejusdemque constitutione. Colon in specie. Comma in sp. Specialia quædam: de Silluko, Athnach, Segolta, Rebhia, Sakeph katon, Sakeph gadol, Schalscheleth, Jethibh, Tiphcha & Munach. Processus sive Consecutionis Ordo accentuum in libris prosaicis specialius nunc evolvitur. Schema ejusdem, ὡς τις τῷ λάτε. Accentuationis ratio in libris metricis paucis attingitur. Concluditur: Accentuationis ratio & doctrina partem certa, partem incerta & intricata, ( in nonnullis quidem ) non parùm & adhuc est. Probatur idem paucissimis. Concluditur demum & denuò.

### TRACTATIO.

**A**ccentuum Ebr. ratio sive doctrina hactenus sufficienter nec à quoquam Nostrum ( abst dicto hostilitas ) nec ab ipsis etiam Ebræis sive Judæis, sufficienter dico repetoque & per omnia, ut pluribus infra videbimus, explicata est. Quod vel ex seqq: inquam, utcunque elucescat. Ita nihilominus videtur & paucissimis quidam de illis habendum, ut sequitur.

S.2. Ac-

33

§. 2. Accentus vocantur Ebræis עַל / עֲלֵי *guttus*  
sive *sapor*: quod Orationem, cùm simplicem, tùm conjunctam  
etiam condiant velut sæpidamque reddant.

§. 3. Quemadmodum nulla Syllaba est sine Vocali (anima quasi ejusd.) ita Vox nulla est sine accentu (ordinariè scil. nisi aliud quid obstat.) Et vicissim quemadmodum Vox nulla est ordinariè sine accentu, ita Oratio integra sive sententia sine pausa, interpunctione vel accentu syntactico. Unde de *Necessitate* constat satis, distinctione utcunque, &c. accentuationis.

§. 4. Accentus (*etymologicus*) ad vocis naturalem, convenientem & debitam prolationem videri poterat sufficisse primum (excogitatus item adhibitusque fortè) unus, vel certè unus & alter, sicuti Græcis, vel hodieque. Gravis & Circumflexus hic nullus est.

§. 5. Porrò multiplicati sunt iidem, excogitati que successivè plures horum ob Orationem compositam, Syntaxin sive sentiarum distinctionem & inter punctionem.

§. 6. Ad luxuriem denique videntur adhibiti alii aliique, ob Orationem modulatam vel Musicam Ebræorum. Quemadmodum Voces & Vestes ex. gr. excogitatae multiplicatae sunt: 1. propter necessitatem. 2. ornatum. 3. luxum.

§. 7. Jam, in tantâ horum segete vel multitudine (XXX. plus ultra) cum difficile sit designare singulorum distinctam naturam, officium & usum, commodissimum videbitur progrederi per dōtrīnā ḡōtū, sive renitionem & positionem.

§. 8. Ac primum quidem removenda Synonyma sunt quædam & cognomina vulgaria, & veteriora illa ex parte, accentum, non peculiares accentus ipsa: ut sunt v. gr. *Gaja* (i. e. Metheg.) *Legarmē* (i. e. Pesik.) *Meajela*, *Hillui*, *Mecarbel* (τῶν Tipheha, Munach, &c.) *Madafé*, *Maarib*, *Hiruk* &c. Conf. & vid. Buxtorf. thes. lib. I. cap. 5. pag. m. 39. & 59. seqq. Weigandmeier, lib. I. cap. 5. pag. m. 8. cap. 6. pag. 9. &c. Amama, lib. 2. cap. II. p. m. 218. seq. Avenar. Schindl. &c.

§. 9. Porrò removendum *Metheg* (accentus euphonicus) quod aliud nihil est, nisi linea recta perpendicularis, denotans

divisionem syllabatum diversarum in una voce: ut: **הַיְהָ**  
 erat. Excogitatumque idem invento superfluo non nihil ad di-  
 stinguendum, (ut ex parte dictum) diversas literas in diversas  
 syllabas, idemque interpositum inter diversas vocales, secundo,  
 tertio aut quarto loco ante accentum tonicum. Unde 1. non  
 adscribitur monosyllabis. 2. non nisi syllabis accentu tonico de-  
 stitutis. 3. non Scheva (ordinariè) affectis. 4. sed vocali sal-  
 tem appingitur, & quidem 5. primò vocalibus longis. Vid. de  
 eodem scriptores supra citati; add. Erpenius, Schikard, Bohlius,  
 (tab. 9.) Meelfür, Hottinger, Rayius, add. si placet, Præcepta  
 gr. n. ed. pag. 27. &c.

§. 10. Removendum item *Pesik* sine *Psi*ke usdem figuræ  
 cum Metheg, excogitatum ipsum ad dividendum diversas voces  
 inter hasce positum. Adhibeturque idem vel necessarium quo-  
 dammodo, v. gr. ab amanuensi forte fortunâ nimis coarctatis  
 vocibus: e. gr. Genes. I, 30. Psal. I, 1. vel ob evidentiam majo-  
 rem, ut è certius & accuratius easdem distinguat: ex gr. Jos.  
 XXII, 22. Jes. XLII, 5. &c.

§. 11. Hujus contrarium signum (ratione figuræ transver-  
 fæ scil. item naturæ) est lineola *Makkaph*, nimis. vocum duarum  
 vel plurium per hanc combinatio, unico adeò spiritu efferenda-  
 sum. Quorsum pertinent suo modo formæ **רְחִיק** & **רְחִיק**  
 De quibus in Præceptis gr. n. pag. 26. seq. Conf. Buxtorfi thes.  
 lib. I. cap. 5. p. m. 47. & 53. seq. Erpen. lib. I. cap. 3. pag. m. 22. seq.  
 Aven. pag. m. 234. seq. &c. De vocalâ **כָּבֵשׂ** obiter hic quasi  
 & in specie notetur, plerumque hanc per lineol. Makkaph conne-  
 cti, nisi ubi absolute h. e. absque substantivo ponitur. ut: **כָּבֵשׂ**  
**וְתִשְׁפַּחַת** omnia posuisti, Psalm. VIII, 7.

§. 12. Removendum item adhuc *Soph Pasuk*: Duo puncta  
 illa crassiora, denotantia ac dividentia integros versus, sententias  
 & orationem integrum.

§. 13. Accentibus annumerantur adeò singula hæc ele-  
 menta verius ac vulgo, non quod sint accentus propriissimè lo-  
 quando: V. Gramm. n. pag. 27. & 28. quia neutrum præstant  
 ipsa

ipsa usum, neque in vocis legitimâ moderatione neque sententia totius ordinatâ constitutione. Inventa de superfluo ipsa quodammodo.

§. 14. Posito itaque sic repertoq; certo numero Accentuum: v. gr. supra vocem scriptis XIV. infra XI. in summa XXV. (Vid. alii aliiq; add. Gr. n. ed. pag. 19.) presuppositoq; hoc/conf. suprà §. 4. ad usum etymologicum in vocis debitâ moderatione, vel unum vel certè unum alterumque sufficere, erit sequior & potior corundem usus tacitus sive syntacticus: quibus adde Musicum.

§. 15. Nunc, circa triplex hoc indigitatum Accentuum Officium sive Usus 1. *etymologicum*. 2. *Syntacticum*. 3. *musicum*, plurima & in genere & in specie notanda quidem adhuc essent: v. gr. 1. Natura corundem & descriptio uberior. 2. Figura. 3. Nomina technica. 4. Differentia sive distinctio. 5. Sedes vel situs. 6. Motus sive loci proprii mutatio, imò abjectio planè. 7. Consortium speciale quorundam, & denique. 8. Usus sive Officium ipsum dictum triplex. De quibus omnibus & singulis videndi alii aliique: add. si placet, Praecepta gr. n. ed. pag. 19. & seqq. Nos, antequam ad rem vel institutum princeps, hæc nihilominus paucissima in antecessum de *Uso corundem* & *officio etymologico* & *Musico* notamus.

§. 16. Accentus dant in contrariis syllabis Vocalibus contrariam naturam. ut: *לְכַנֵּה* ite, *מִיָּה* aqua, &c.

§. 17. Qui supra vocem scribuntur accentus, adscribuntur ordinariè primæ syllabæ literæ, tono affectæ: qui infra, vocali suæ postponuntur.

§. 18. Accentus etymologici locus ordinarius est secunda radicalis in L L. Orientalibus plerisque, ut quæ habet ordinariè vocalem: transit ab hac ad primam radicalem, si illa (secunda rad.) abjiciatur: ad tertiam, si recipit hæc vocalem.

§. 19. Milra dat extremæ accentum, Mille que propinque.

§. 20. Ultimâ longâ accentus est in eadem: Ultima brevi accentus est in penultimâ. Ut plurimum nempe & *χτι πλεῖστον*.

§. 21. Diversorum in eadem voce accentuum posterior us  
plurimum syllabam afficit.

§. 22. Accentus locum proprium mutat non raro inter a-  
lia ideo etiam, ne scil. ex accentuum occasione & conflictu fra-  
gosa sequatur pronunciatio. Vid. de hisce atque similibus ite-  
rū iterumque Schindlerus, Avenir. Buxtorf. Erpen. Junius. A-  
mama, Bohlius, Hottinger, alii: add. Præcepta gr. n. ed. pag.  
21. seqq.

§. 23. *Ius Musicus* porrò approbarur etiam nobis com-  
probaturq; paucissimis quidem (antequam ad potiora) non quan-  
tum Quæstionem dicitur quis & qualis hic sit, sed solummodo quæ-  
stionem an sit vel non sit.

§. 24. Ut modò & ex parte dictum, quamvis adeò hiccell-  
lus, *Musicus*, obscurissimus sit, imò incertus planè, fatentibus  
etiam ipsis Judæis: attamen non fuit ideo nullus quondam pla-  
nè. Quod probare videntur: 1. Illa dives eorundem seges &  
multitudo, quæ supervacanea videri poterat sanè, quantum u-  
sum etymologicum & tacitum vel syntacticum solummodo.  
Vid. & conf. superiora, Can. 4. & 5. seq. 2. Non-distinctivi ac-  
centus in specie vel ministri, ut vulgo vocantur, quorum usus in  
Syntaxi fere nullus, aut certè exiguis vel obscurior: unde pro-  
bable, in Musicis valuisse olim multum eosdem. 3. Si nullus in  
musicâ quondam eorundem usus, sed omnis in etymologia &  
syntaxi: ecce non (quod rectius factumque bene esset, omnino)  
in tantâ illorum excogitata multitudine, excogitati quidam er-  
iam à Punctatoribus pro signo parentheseos, interrogationis, ex-  
clamationis, &c. 4. Id probare videntur libri poetici, ut vulgo  
vocantur, vel metrī, qui, ut solent carmina non raro, cantilla-  
bantur olim absque dubio: ita textus reliquus biblicus, Decalo-  
gus &c. exemplo moreque sueto hodiè & adhuc in synagogis Ju-  
dæorum, imò ecclesiis nostris. 5. Si accentuum nota non simul  
quondam musicales fuerunt, dent proferantque alias eorundem  
notulas vel clementia? de Musicis enim existentiâ apud Ebraeos  
veteres, & sine hisce aut similibus notulis frigere illam valde, ec-  
quis dubitet? ) sed nullas proferre possunt alias: adeoque nos  
persi-

37

perfistimus in hisce ipsis: denique §. addimus etiam authoritates aliorum CII. Virorum Münsteri, Avenarii, Buxtorfi, Junii, Schickardi, aliorum: Mollerii in præfat. sup. Psalmos, Athanasi Kircheri in Musurgia, pag. 65. alibi &c.

§. 25. Remotis superioribus, ex parte præsuppositisque, succedit nunc Uſus accentuum *Tacticus* vel *Syntacticus*, posteriorque hac vice nobis. Quo de in genere notandum primò: Orationis ejusdemque partium dispositio, (quorsum non parùm facit etiam constructionis vel syntaxeos & convenientiarum & regiminiſ in Verbis & Nominibus habita accura ratio.) Norma est & regula interspirationis, atque adeò etiam accentuationis: non contrà.

§. 26. Quo observato accurate, nihilominus & vicissim legitimus accentuum positus (de facto, & reapse, ut loquimur) ostendit verum Orationis sensum: & contrà. Unde rectè Ministerium Sensū in Scripturā §. (cateris quanquam paribus: proprietate ex. gr. Verborum, constructione, parallelia, analogia, maximè fidei, &c.) iidem merentur vocari: & neglectis licet quidem punctis vocalibus, iidem cernuntur textui sacro appositi ideo: v. gr. Numer. VII. à vers. 19. ad 83. &c.

§. 27. Interspiratio sive interpunctio Orationis cuiusvis in genere & in universum, triplex fere est: 1. perfecta sive finalis, i. e. *Periodus*. 2. media, membrum sive *Colon*: & 3. incisum sive comma: quibus addi potest *subdistinctio* vel *semiincisum*.

§. 28. Cum Orationis unius interpunktiones tot non sint, quot accentuum notæ, nimis. (ex præsupposito vel concessis) XXV. sequitur, quod non omnes habeant usum hunc (de quo sermo hic & nunc nobis) nempe syntacticum & distinctivum præcisè: sed 1. vel Musica inservire alios aliosque, ut supra dictum: vel 2. alios excogitatos de superfluo quodammodo, alium scil. propter alium. Unde Σχέσις illa eorundem, vel *Consecutionis* similis (χρικῆς) *Processus* vel *Ordo*.

§. 29. Oritur hinc de facili & suā sponte Distinctio hæc (prima omnium) inter Accentus primarios, quorum natura &

officium vel usus manifesta sunt satis in distinguendo, & secundi ordinis, quorum occultior utcunque usus. Illos distinctivos communiter vocant vel Reges: hosce non-distinctivos, conjunctivos vel ministros.

§. 30. Distinctivi vicissim sunt vel *majores*, qui perfectius distinguunt sermonem, & constituunt Periodum vel Colon: vel *minores*, qui imperfectae utcunque sententiae praesunt, & constituunt Comma vel *semitomma*, *τριγύμνη*. Vel, sunt primi alii, secundi, tertii &c. ordinis. Alii aliquie amant Imperatores vel Reges, Duces, Comites, Barones, Equites suos. Alii Imperatores, Archiduces, Dukes, Comites & Barons. Alii vicissim aliter: Reges, Dukes, Comites, Dynastas, Toparchs & ministros suos, & sic porrò. Ceterum in terminissimus faciles, si modò de re constet.

§. 31. Omnium horum & singulorum Accentuum, & distinctivorum, primi, secundi, tertii &c. ordinis, itemque non-distinctivorum, natura, officium vel usus suo tempore & loco infra, paucis quidem, inductione facta, ut loquuntur, firmando statutinandaque sunt fuerintque.

§. 32. Distinguendi accentus hæcce vel similis ratio, nec non porrò Consecutionis eorundem Processus & Ordo certus fundantur & in Orationis serie cuiusvis: vid. & conf. suprà §. 25. seqq. & observantur quoque & vel maximè in Bibliis S. Vet. Instrumento. Aliter idem tamen in libris prosaicis, aliter metricis Jobo, Psalmis & Proverbiis: aliter demùm adhuc in Decalogo, Exodi XX. & Deuteronomio. V. &c.

§. 33. Non in sece hæc atque talia adeò incerta sunt prorsus vel per omnia, ut ut intricata primâ fronte & obscuriora nonnihil videantur. Quod inductione facta (ut & suprà ex parte indigitatum §. 31.) probari satis potest. Sic *identitas* accentuationis constans reperitur in Versibus vel commatibus unius ejusdemque sensus vel constructionis, una licet alteraque voce nonnihil immutata vel substituta. Conf. omnino Psalm. XIV. & LIII. Gen. V. v. II. & 14. imò totum caput, Numer. VII. v. 19. seqq. conf. immò libros Regum integros cum Chronicis: 2. Reg. cap.

39

cap. XI X. & XX. cum Jes. cap. XXXVI. seqq. Sic *Diversitas in Commatibus immutatis utcunque ratione structuræ vel sensus:* v. gr. Genes. V. v. 11. seqq. alibi.

§. 34. Nunc Ministerium singulorum & omnium *Accentuum*, numero XXV. nec non *Consecutionis* eorundem in hoc officio *Ordo & Processus* demum specialius aliquantum evolvenda delinendaque sunt fuerintque. Demonstrandumque adeo, quinam *Distinctivi*, & quidem primi, secundi, tertii. &c. Ordinis, & qui non-distinctivi, conjunctivi & ministri modò sunt. Quibus ipsis præmittimus nihilominus hæc adhuc & vicissim generalia *Accentuum* seqq.

§. 35. Omnia Accentuum primissimi sunt, ut sic loquaris, (extra controversiam) hinc regii vel *Reges dicti*, hi sex seqq. *Silluk*, *Athnach*, *Segolta*, *Rebbia*, *Sakephkaton* & *Sakephgadol* (rex hic propter fratrem.) Quibus adde *Tipbcha*, Ducum omnium familiarissimus, & *Munach*, ministrorum omnium officiosissimum.

§. 36. Jam, *Silluk*, cuius comes perpetuus est *Sophpasuk* (vid. & conf. suprà §. 12.) & vicissim, Regum omniū maximus est, & constituit *Periodum*: de quo pluta mox infrà.

§. 37. Succedit huic *Athnach*, qui facit *Colon*: Vid. mox infrà plura.

§. 38. Unde *Ditiones*, sic dictæ, duas principalissimæ, sive unius Orationis duo Hemistichia: *Ditio posterior* & *Silluki*, & *ditio anterior* & *Athnach*.

§. 39. Sequuntur Reges quatuor minores, *Commata* qui constituent: *Segolta*, *Rebbia*, *Sakephkaton* & *Sakephgadol* (rex hic ferè propter fratrem, ut & supra dictum modò, §. 35.) Vid. infra pluta mox.

§. 40. *Subdistinctiunculas* sive semiincisa faciunt ex æquo fere *Duces* 11. vel 12. Continuant sermonem *ministri* 8. Vide illos & hosce vel apud alios, velin *Præceptis* gr. n. p. 23.

§. 41. *Rigor* hic accentuationis non æquè tamen semper & ubique observatur: & nulli Accentuum, præter & *Silluk* (neque huic constantissimè: Vid. infrà paulò §. 52.) etiam reliquis regibus, una certissima & constans distinguendi ratio potest

potest attribui. Item, nec *Consecutionis* rigor æquè unus semper.

§. 42. Etiam *Reges* non semper distinguunt: (Buxtorf. distinguendi jus universale obtinent quidem, sed non semper exercerent) multò minus reliqui minores, *Duces* nobis & vulgo nominati. Contrà *Ministri* nonnunquam etiam subdistinguptionibus inserviunt: v. gr. I. Samuel. XII, 3. cap. XV, 6. & 9. Conf. Buxtorf. thes. lib. 2. pag. m. 274. seq.

§. 43. *Duces* distinguunt vel potius subdistinguunt minutiore & curiosiore quadam ratione: nempe semicomata, immo dictiones singulas leviter inter pronunciandum signando & distinguendo inter se. Sæpè tamen (in sermone continuato) prorsus nihil distinguunt, & à ministris non differunt.

§. 44. *Accentum regiorum* (excipe Sakephgadol) quilibet habet suos ordine ministros: ad minimum Ducem sive ministerum majorem, remotiorem, & ministerum minorem, propinquiores: nonnunquam & jungentes alios aliosque, vicissim ministerios minores. Rex claudit semper agmen.

§. 45. *Ducum* ministrantium & *Ministrorum* propriissimè sic dictorum, nunc plures nunc pauciores sunt pro constitutione sententiae brevioris vel longioris. Ubi spatium itaque debet, excluduntur alii atque alii in consecutionis ordine, imprimis viliores.

§. 46. Minister quando excluditur, tunc *Dux* immediate præcedit regem; si & *Dux*, tunc *Rex* regem immediate sequitur.

§. 47. *Rex* (extra Sillukum) in principio sententiae constitutus comitatu suo destituitur v. gr. Athnach. Genef. XXXV, v. 5.

§. 48. *Ducum* alii sunt *communes*, alii *proprii*: *Communes*, qui regibus omnibus æquè inserviunt, suntque hi quinque; *Geresh*, *Geraschajim*, *Telischha gedola*, *Paser* & *Karne para*, impribus 1. 3. & 4. *Proprii*, qui certis regibus, præsertim *Tiphcha*, *Tebbir* & *Paschta*. *Communes* reges præcedunt remotius, proprii propinquiore loco & ordine. Ita *Ministri* etiam sunt danturque *communes* & *proprii*: conf. Buxt. th. lib. 2. pag. m. 281.

§. 49.

§. 49. De Periodo: Sicut Oratio in certas periodos, ita Periodus incola. Colon in commata, Comma in semicommatā, & dictiones dividuntur. Item, alia periodus est μονόκλωπος, v. gr. Gen. II. v. 1. Σίκων, Gen. I. 2. τρίκλωπος, Gen. I. 28.

§. 50. De Colo: aliud est μονοκομματικόν, Gen. I. 1. δικομματικόν, &c. Item, Colon etiam constituant nonnunq. Segolta, v. gr. Genes. I. v. 28. imò Schalscheleth, Amos I. 2. conf. Schindl. pag. m. 11. imò Merca, Psalm. XVI, 4. conf. Weiganmair. p. m. g.

§. 51. De Commate: Idem semicommataplura nonnunq. habet. It: Idem constituit nonnunq. etiam Athnach, Psalm. XVI, 4.

§. 52. Porrò, Silluk in specie, regum omnium quidem maximus, reperitur tamen & ipse in Oratione sive periodo incompletā: ex gr. Gen. VII, 8. seq. cap. XXIII, 17. Exod. XX, 1. Deut(r.)V, 1. & 6. &c.

§. 53. Athnach in XXVIII. locis absolvit periodum. v. gr. Genes. IV, 8. conf. omnino Schindl. pag. m. 46. seq. Contrā, Idem minori distinctioni, quam par est, inservit. Vid. Gen. I. 1. imò planè nonnunq. abest. Vid. Genes. I. v. 13 1. Chron. XXVIII. v. 1. conf. Buxtorf pag m. 270. seqq.

§. 54. Segolta, Rebba & Sakephkaton sūpē etiam nihil distinguunt. Conf. Buxt. alleg. loco.

§. 55. Segolta Colon ( ut ex parte jam suprà modò dictum §. 50. ) etiam facit primum in periodo. v. gr. Genes I, 28.

§. 56. Sakephgadol pauperrimus regum minorum est: rex propter fratrem: unde ministerio omni caret: imò ipse inservit nonnunq. distinguitq. minimè.

§. 57. Schalscheleth & Zethibb omnium Ducum minimi sunt: unde & famulitio omni carent & ipsi.

§. 58. Tiphcha contrā Dux omnium familiarissimus.

§. 59. Munach minister omnium officiosissimus: omnibus & regibus & ducibus ( qui ministros habent ) inservit, excepto Silluk & Tiphcha: item seipsum bis, ter, quater & plusculum repetit & insequitur.

§. 60. *Processus sive Consecutionis Ordo accentuum*, & quidem in libris prosaicis, hic fere jam est: I. *Reges sex:*

*Silluk* (*Periodus*) habet ante se ministrum Merca: Dux appropri. Tiphcha & Tebhir: nonnunq. Sakephgadol. Ex. gr. vid. & conf. Gen. I. v. 1. cap. IV. v. 1. & 2. Jerem. XI. v. 5. cap. XII. 17. &c.

*Athnach* (*Colon*) minister est Munach: Dux appropri. Tiphcha iterum & Tebhir. Vid. & conf. Gen. I. v. 2. Numer. VII. v. 86. seq.

*Segolta* (*Comma*) minister Munach: Dux Sarka. V. & conf. Gen. III. 2. 2. Reg. XIX. v. 35.

*Rebbia*: minister est Munach & Darga: Duces, Communium quinque quidam. Vid. supra §. 48. & conf. Gen. I. v. II. cap. L. v. 24. Exod. XXI. 29. 2. Samuel. IV. 9. Esr. VI. 9.

*Sakeph kat*: minister Munach & Kadma: Dux appropri. Paschta vel Jethib. v. & conf. Gen. I. v. 7. cap. XLIX. v. 10. Jerem. XXXIII. 25.

*Sakeph gad*, ministerio caret omni.

II. *Duces*:

*Paschta*: ministri: Merca, Mahpach, Telischa ketan. Kadma & Munach.

*Gerejch*: ministri Kadima, Telischa ket. & Munach.

*Geraschajim*: minister Munach, vel planè caret ministerio, *Telischaged*: minister Munach: nonnunq. iteratus.

*Karne para*: ministri: Jerach ben jomo & Munach.

*Paser*: Munach: saepiusculè idem iteratum.

*Sarka*: Munach, Kadma, Telischa ketanna.

*Tipbcha*: Merca, Merca dupl. nonnunq. Darga.

*Tebhir*: Merca, Darga, Munach, Kadma & Telischa ket.

*Schalscheleth*: famulitio omni carer.

*Jethibb*: caret & idem eodem.

§. 61. *Schema, w̄s c̄r wλάτει, id esse poterit, ut sequitur*:

*Reges*:

*Reges:*

Silluk

הַלְּקָעֵךְ

לְקָעֵךְ

*Duces appr.*

Atnach

הַתְּנָחָךְ

תְּנָחָךְ

Segolta.

הַגְּוֹלָתָךְ

גְּוֹלָתָךְ

Rebhia

הַרְבִּיאָךְ

רְבִּיאָךְ

Sakeph k.

הַסָּקֶפֶתְּךְ

סָקֶפֶתְּךְ

Sakeph g.

הַסָּקֶפֶתְּךְ

סָקֶפֶתְּךְ

ministerio omni caret.

*Duces:*

Paschta.

הַפְּשָׁתָךְ

פְּשָׁתָךְ

Geresch

הַגְּרֵשָׁךְ

גְּרֵשָׁךְ

Geraschajim

הַגְּרָשָׁיִם

גְּרָשָׁיִם

Telischa g.

הַטְּלִישָׁתְּךְ

טְלִישָׁתְּךְ

Karne para

הַקְּרָנֵתְּךְ

קְרָנֵתְּךְ

Paser

הַפְּסָרְךְ

פְּסָרְךְ

Sarka

הַסָּרָקָךְ

סָרָקָךְ

Tiphcha

הַטִּפְחָךְ

טִפְחָךְ

Tebhir

הַתְּבִירָךְ

תְּבִירָךְ

Schalscheleth

הַשְּׁלָשְׁלָתְּךְ

שְׁלָשְׁלָתְּךְ

Jetibh.

הַיְּטִיבָהְךְ

יְטִיבָהְךְ

familitio omni caret.

caret &amp; eidem eodem.

§. 62. Cæterum, ut & suprà jam dictum §. 32, in Libris metricis, ΤΟΝ ut vulgò vocantur, h. e. Jobo, Proverbiis & Psalmis, adde Decalogum, &c. alia quām in libris aliis biblicis prosaicis accentuum vel accentuationis ratio est: idquē absque dubio cùm ob metrum, tūm v. rerum ac vocum emphasis & pondus. Desunt ibidem v.gr. Sakeph utrumque, Segolta, &c. Frequens contrà duorum accentuum compositio est: e. gr. Sarka cum Merca & Mapach, unde Sarka compositum, Merca cum Mapach, unde Merca Mapachatus, Rebhia cùm Geresch, unde īdem geraschatus, &c. Et sic alia hīc sunt occurruntque singularia non pauca; imò mystica quodammodo, quorum ratio & habitudo cùm nos quadantenus lateant, (certè fatentibus & ipsis DD.Ebr.) intricant non parùm eò hanc doctrinam. Adi interim & vide de hisce atque similibus, (circa accentuationis negotium,) anomaliis præ cæteris Schindlerum de accent. pag. m. 46. seqq. Buxtorf, thesaur. lib. 1. cap. 5. lib. 2. c. 23. Bohlum, tab. 12. alios hodiè. Qualia brevitatis studio atque instituti nostri habitâ ratione, hac vice recensere supersedemus.

§. 63. Addemus id potius: Ex quibus omnibus atque singulis (dictis brevissimè, ὡς εἰ τέως ηγή οὐνόματα) patet adeò (verbo) vel utcunq; & in aprico esse videtur: Accentuationis rationem, in Bibliis SS.Ebraicis, non per omnia quidem incertam esse, (sanè, minimè) quantum potiora & distinctiones & interpunctiones majores, illas omnino, easdemque summè necessarias, perspicue satis, maximè in prosaicis libris: intricatam tamen eandem non parùm vel utcunque in aliis aliisque: 1. scil. non raro in interpirationibus vel in interpolationibus minoribus (earundemq; quantum ministerium) utpote illis verius non distinctivis, sed continuativis vel conjunctivis saltem, nec usque adeò vel per omnia certè & undecunque patulis. Vid. & conf. saltem suprà §. 28 29. 41. 42. 43. 52. 53. 54. &c. Sanè enim, utut regulis hodiè res videatur comprehensa omnis satis feliciter: addam sufficienter? attamen vicissim negari non potest, exceptiones & exempla in contrarium produci posse non raro & non pauca: ut difficile sit videotur quæ hæc atque talia animo concipere satis, condere premereq; & pos-

45

& pro renatâ vicissim promere: & posito concessoque, an adversarius etiam fidem dabit mox hisce nostris? quo ipso interim nullius in genere hoc laboribus eruditis & pertinacibus præjudicare aliquid volumus: minimè, absit. secundò: *in libris metricis* & quo de paucissimis quidem suprà etiam §. 31. & 62. aliquid saltem. Omnidò: stat enim stabitque adhuc sententia: intricata non parùm hic inque illis plurima, immò tantum non (verbo) inextricabilia: testetur experientia: immò unà mecum idem aliis aliisque. Nihil addo. tertiodò: *In musicis* s. usum quantum eorumdem (accentuum) musicum: vid. & conf. supr. §. 23. & 24. Ecodi enim & hic dubitamus? patentibus id ipsum DD. Ebraeor. s. Judæis: vid. Abrah. de Balmes, alii aliisque

§. 64. Porrò, quicquid eorum nunc fit: (dicta quæ suprà sunt à nobis) Cavendum interim serìo L. B. fuerit, ne illa hodiè minutiore & curiosiore distinguendi ratione (quam quidem non improbamus) & similiter, nec dum perspecta adhuc fortè satis intentione & mente Pausatorum s. Punctatorum quondam (quicunque demum illi) Sensus aliquando Scripturæ Sacrae inferatur cœtiūs, quam auferatur ex eadem &c. Et ubi antehac idem ille? &c.

§. 65. Concludimus postremè repetimusque: Nemini & nulli quibus interim (dictis, inquam, hactenus nostris) præjudicare aliquid volumus. Sentiat quid velit quilibet. Verbo: (ad do adhuc:) fatearque interim, mihi quidem, mihi inquam, doctrinæ id vel interpretandi genus ex Accentuationis simili ratione (notata non semel) petitum visum non raro, præsertim in exegeticis & polemicis (quorsum sanè interim totum recidit spectatque rei negotium) non satis adhuc dum argumentativum, magè idem topicum sive probabile: analogia in aliis aliisque nisi succuratur. Tantum. Utinam, ô utinam populus omnis propheta detegit, DEUS Spiritum suum, Num. XI, 29.

Tantum.

F 3

AP.

## APPENDIX,

*sive*

## HYPOMNEMATA

Quædam, postliminiò certisque de causis, luisque conciliandæ majoris ergo, Sciographiæ præsenti de Accentibus Ebr. superaddita:

*AUTORE eod.*

**M**inimè verò fert animus, Lector benevole, hac præsertim ætate, ferram reciprocare altercationis cum Quoquam super expositis circa præsentem materiem: abundet quisque, dixi scripsique non semel, potius suo sensu; ego meo. Cæterum Addendorum hic loci & in præsenti & hac vice sua mihi certa fuit ratio vel causa (mores novimus hujus seculi) itaque quod autoritatem, integratatem, certitudinem hodiè, similia, Verbi DEI scripti Vet. Instrumenti, punctorum porrò accentuumq; (de quibus hic nobis & nunc) originem, antiquitatem & habitudinem, addo Masoram ipsam, Keri & Cetibh, alia concernit, ita habe L. B. συλλογὴν, me habere habiturumque esse fortè longum & constanter, nisi convictus validissimè:

Assertio I. Puncta vocalia, multo minus accentuum notæ, literis in sese spectatis non sunt coæva.

II. Neque textui sacro Ebræo.

III. Sed (nisi Mosi, divino viro, in monte Sinai data) successivè eadem inventa excogitataque, non citra providentiam divinam siugularem, Constantis Lectionis habendæ ergo.

IV. Originem interim eadem non debent suam Tiberiensibus Judæis: minimè.

V. Sed Masorethis.

VI. A Moſe, divino Viro, & successoribus ejus ad Esdram usq; & Collegas suos quos deducimus nos: ita Masorethica ipsa.

VII. Divino afflatos spiritu in hoc negotii genere eosdem fuisse nulli dubitamus.

VIII. Et literæ & puncta vocalia, & accentuum notæ, reliquiasq;

quousq; immò Masorethicus apparatus, Keri & Cetibh &c. Divinæ adèò sunt, omnind, (præsertim quantum materiae Masoræ) au- thoritatis, vel certè quædam horum (formale maxime ejusdem) intermediae.

IX. In numero & gradu certo suo ratione originis, inventio- nis & intentionis Masor. &c.) interim distincta nonnihil ipsa.

X. Hujus ratione (quantum nos, non in sese) alia adèò ma- gis certa & evidenter, alia minus.

XI. Omnia iterum hodiè in Codicibus probatis correctisque pertinentia ad Codicis Ebræi integratatem & perfectionem: esen- tialia ipsa eidem.

XII. Incertitudo si quæ hic est videbiturque, quantum nos eadem est, ut jam suprà dictum.

XIII. Certitudo summa, quantum sese, potiora & fidei præ- servit summa capita.

XIV. Masora ipsa hodierna (in sese spectata) impressa est im- perfecta, & fallit insuper nonnunquam.

XV. Codices hodiè nostros Masorethicis notis instructos ma- jorem partem habemus & Christiani & Judæi à superiorum non longè temporum Masoræ impressæ collectoribus R. Jacob Cha- jim, aliis.

XVI. Codices hodierni, Apographa nostra, variant in non- nullis (minoris commatis) inter se.

XVII. Distinguendum inter puncta & accentuum notas in se- se spectatas, & quatenus considerantur ratione Originis suæ & grammaticæ, (in abstractione suæ,) quomodo dixi ego scriptiq; ra- ratione inventionis hujus suæ, esse nimia quodammodo & nonnun- quam: v.gr quemadmodum est Scheva Ebr. cuius utpote figuram alii aliq; Orr. populorum non agnoscunt planè, absentia puncti vocalis testante scil. satis de eodem: ita Raphe, alia: & inter Co- dicem Ebr. notulis hisce inventis nunc hodieq; instructum, (in sen- fu Biblico) quo modo textui hodiè nunc censentur esse & sunt es- tentialia.

XVIII. Theander B. Lutherus noster felicissimè vertit Codi- cem V. Instr. ut ut sepositis spretisq; quandoq; notulis sapientiu- le no-

**I**nnotatis: nec tamen Versio ejusdem, vel alia quæcunque, ex qui-  
paranda Fontibus est.

Tantum Ben. Lector, pluribus circa hæc atq; talia alibi fortè, bo-  
no c. DEO, mentem meam explicabo. B.V.

### Syllabus

**A**uthorum, qui præ reliquis Doctrinam de  
Accentibus Ebr. scriptis suis illustrarunt, inno-  
tueruntque nobis.

#### E Judæis:

Autor anonymous שער הנגינה Portæ accentuum.

R. Dav. Colonius, continuator Balmesii. Vid. hunc.

Elias Levita: tit: lib: טוב טעם

R. Jehuda Bilhamides: tit: טעמי המקרא

#### E Christianis:

Joh. Reuchlinus.

Chr. Helvicus.

Seb. Münsterus.

J. Henr. Alstedius.

Joh. Avenarius.

Wilh. Schickardus.

Hier. Opitius

Hent. Bebelius.

Val. Schindlerus.

Sam. Bohlius.

Isaac Gronbeccius.

Aug. Varenius.

Conr. Neander.

Casp. Ledebuhrius.

A. Seb. Nouzenus.

C. Tib. Rango.

Abr. Gibelius.

Chr. Ravius.

Joh. Buxtorius.

Matt. Wasmuth.

Fr. Junius.

Ph. Lud. Hannekenius.

Georg. Weiganmeier.

Aug. Pfeiffer.

Thom. Erpenius.

Clam. Florinus.

Petr. Martinus.

G. Sam. Dörfel.

A. 2

A. &amp; Ω.

## EXERCITATIO IV.

De

A QVIS SUPRA COEL ESTIBUS:  
 & qvidem pro Negativâ earundem, petitâ ma-  
 ximè ex Fontibus originariis & sacris:

AUTORE

ANDR. SENNERTO.

## I. QUÆSTIO proposita.

Jussi pareo meritò lubensque, RECTOR MAGNIFICE, Vosque  
 cæteri omnium Ordinum Auditores honoratissimi lectissimiq;  
 jussis, inquam, pareo meritò lubensque. Cæterùm ecquid in con-  
 sessu hoc splendidissimo, atque dignum adeò eidem primùm, se-  
 cundo vel tertio loco proferam, animi dubius valde hæreo. Va-  
 stum mare Philosophia nostra est: Campus multò & undique amplissimus  
 refertissimusque, uberem qui spargit de sese messem  
 materierum oppidò ex Cœlo, solo, salo, totaque ipsa adeò rerum  
 natura de promtarum, illustrum, nobilissimarum, seriarum, uti-  
 lium, curiosarum, jucundiorumque. Me certè Studium hacte-  
 nus tenuit arctè & impensè Physicum. At verò quot & quanta  
 & qualia sese hic etiam offerunt hujus objecta: Principia, v. gr.  
 Corporum naturalium, materia prima, prima inquam illa, ex sen-  
 sus, vero, s. Aristotelico, Privatio, quam vocant: scilicet! Ato-  
 mi, Vacuum, anima & vita consequenter mundi: Syn- & anti-  
 pathia, qualitates occultæ. Intelligentias, cœlestium orbium  
 motrices, penè neglexisse, cum æternitate sua mundi principis  
 Philosophorum, ut volunt vulgò amanque, Aristotelis. Lux

G

&amp; se-

& sese mihi offerebat primigenia, Cœlum immò empyreum & crystallinum, ignis sublunaris, maculae Solis & Lunares, galaxia vel lacteus Orbis: ille, Sol, quomodo calefaciat, an formaliter an virtualiter, & sic porrò. Dilabor ad inferiora: medium & centrum mundi itemque terræ. Adsurgo iterum: de faldedine maris, de æstu, vel fluxu & refluxu ejusdem, de fontibus & fluminibus ex mente vicissim Stagiritæ & aliorum, dicere quæ poteram, similia. Sed enim verò transeant hæc singula atque omnia.

Sollicitum me præprimis, (addo nunc) habuit non semel illa de Aquis supra cœlestibus agitata vexataque satis Quæstio, ecquid statuendum de iisdem? An dentur scilicet an minus? h. e. an supra Cœlum stellatum in creatione prima à Deo magna quædam aquarum cœlestium, nostris atque inferioribus signilium, reposita sit copia, hodienum adhuc durans: an non? Totus quidem ego sum in ea sententia, dari illas repositasque ibidem à Creatore sapientissimo. Cæterum antequam ad rem, id moneri oporteat à me, fatendumque omnino: è Naturæ libro Objecti id Physici speciale & singulare non posse petri vel haberi. Interim Scripturæ S. liber (hic illo multò certè nobilior,) idem satis clarè atque non semel inculcat & attestatur. Audiemus mox Mosen, amanuensem divinum, in principio libri sui primi, qui talium aquarum supra firmamentum locatarum expressam facit mentionem: ita enim dicti libri cap. I. commate 6. & 7. ille: *Dixitq; DEUS: Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis.* Et porrò: *Efecit DEUS firmamentum, divisq; aquas, que erant sub firmamento ab his, que erant super firmamentum.* Et factum est ita, vocavitq; DEUS firmamentum Cœlum. Apagè vero atque ante omnia Origenem Adamantium illum, qui per aquas memoratas angelos intellexit cœlestes: ita Scholasticos plerosque, qui Cœlum fictitium suum crystallinum, h. e. aquas in modum crystalli vel glaciei congelatas. Nunc, certè verbis Mosaicis citatis modò ecquid clarius? quid manifestius? Disertè quippè DEUS dicitur divisionem instituisse inter aquas & aquas, & porrò firmamentum illud intergerinum, ut sic loquar, quod constituebat inter aquas inferiores & superiores vocat Cœlum, in quod dein-

ceps

51

ceps posita luminaria & stellæ: adeoque aquas illas disperitas,  
& superiorès quidem, quis est nunc qui dubitet amplius repositas  
supra cœlum stellatum, adeoque supra cœlestes esse sic recteque  
dici. Cæterū non desunt alia quoque s. loca s. testimonia scri-  
pturæ S. in quibus memoratarum aquarum cœlestium scil. simili-  
ter sit mentio. Sic enim Psal. CIV. comm. 3. extat: *Qui tegis aquas  
superiora cœli:* B. Lutherus: *Du wels bſt es oben mit Wasser.*  
Quid clarius iterum, quid manifestius? Sic Psal. C. XLVIII. v. 4.  
legimus: *Laudate eum Cœli Cœlorum & aquæ omnes, qua supra  
Cœlos sunt.* Quæ verba repetuntur in Cantico trium Virorum  
Dan. III. v. 60.

Nec obstant, quæ communiter oggeruntur ab aliis aliisque:  
esse contra naturam & proprietatem aquæ, hanc supra aërem &  
cœlum in loco omnium supremo existere vel posse: item nullum  
esse earundem illo in loco finem & usum: præsertim verò Nubes  
intelligi per notatas sæpiuscule aquas in locis allegatis. Respon-  
deo enim ad primum cum B. Augustino nec non Lombardo, Theo-  
logia Scholastica antesignano: quoquo modo ibi sunt, ibi easdem  
esse interim non dubitandum: ad secundum: à nostra ignorantia  
ad rei negationem non valere consequentiam: ad tertium: Nu-  
bes tū, scil. secundo die, nondum extabant: item Nubes non  
sunt aquæ propriè dicendo, aut veræ & reales: non sunt ejusdem  
nature (ου γνωσις) vel speciei cum aquis inferioribus: porrò non  
sunt in superiori loco, aëris scil suprema regione: item, non sunt  
perpetua cædem, & quæ his sunt similia alia.

Verum enim verò vellicat interim me adhuc id unum: me-  
mini me, sive legisse, sive audivisse, statuere quosdam (pauciores  
quidem) sententiam hanc de Aquis supercœlestibus hactenus lau-  
dati non satis firmo stare talo, si fontes sacros textumque arthen-  
ticum Ebraicum ipsum respicias, diligentiusque aliquām hunc  
juxta examines easdem: Certe, si haud nullam, attamen dubiam  
hinc reddi omnino sententiam eandem.

Jam, hæc atque talia cum fori maximè esse persentiam  
ANDR. SENNERTE &c. ad te itaque confugio atque n. eo & Commili-  
torum meorum nomine majorem in modum oro rogoque, ut su-

per posterius præsertim allatum à me dubium de Congruentia, an  
secus, allegati à me sèpiùs thematis cum fontibus sacris & Ebræ-  
is, immò adeoque super paradoxum integrum de Aquis supra Cœ-  
lum stellarum existentibus, sententiam tuam liberè exponere ve-  
lis: sive id, prout placuerit, pluribus, sive paucis. Pro hac nava-  
tâ operâ viciissim singuli atque omnes studia atque obseruantiam  
nostram sancte Tibi pollicemur & offerimus.

## 2. RESPONSUM datum.

**A**ntequam dicendo rem aggrediar: Præstantissime atque Do-  
cissime Dn. Mag. N. N. Amice plur. amate & estimateque: An-  
tequami, ajo, rem dicendo aggrediar, Tibi atque Competitoribus  
tuis, paucissimi quidem verbis, sed ὀλοραπτος & ex toto animo,  
de Vestris, & ex meritis quidem vestris, noviter & modò colla-  
tis honoribus gratulor, & ut hi iidem cedant Ecclesiæ, Reipubli-  
cæ & Vobismet ipsis auspicatō & undiquaque feliciter D E U S  
ter Opt. Max. precor. Faxit ita DEUS clementissimus, faxit!

Nunc sollicitas me, mi Optime atque humanissime Dn. Mag.  
N. N. ut in re non minùs arduâ, quād dubia' οὐκετοι winterponam  
meam. Quam me absolvi à te & simul hoc negotio , mallem !  
Cæterū satisfaciam, (in quantum quidem potero) nihilominus  
petitione tuæ, & cum hac porrò conditione, ut quemque abunda-  
re suo sensu facile permittam, (in re үрпote ambigua') si & mihi  
liceat quidem meo ; immò, in medio rem relinquam ego omnem,  
& salvo utrinque meliori judicio. Hac itaque lege nunc sermo-  
nem aggrediar.

Quæstionem moves, post plurima alia ex ubere Philosophiæ  
nostræ cornucopiaꝝ petita, de Aquis supra cœlestibus, an dentur,  
nec ne? h. e. ut rectè formasti statum controversiæ: an in primâ  
Creatione à D E O sapientissimo magna quædam cœlestium aqua-  
rum, nostris atque inferioribus per omnia similium, copia supra  
Cœlum stellarum sit reposita, hodienum etiam adhuc durans? &  
præsertim, si sit ita forte, an sententia hæc Fontibus Originariis  
sacris & Ebræis sit conformis? Cæterū rectè atque ante omnia  
monuisti, fatendum esse: è Naturo libro id Objecti Physici spe-  
ciale & singulare, ut alia forte pauca, Lux primigenia v.g. similia,

non

53

non posse peti vel haberi: SS. Scripturæ libro hic opus esse. Utique & recte. Unde B. quoque noster Sperlingius: *Summa*, inquit, *hic in Libro Natura obscuritas est, unde ab hoc ad S. Scripturæ librum migrandum.* Et porro: *Sacer Scriptura Codex*, inquit, *si de aquis hisce tacuisset, in omne ignotæ mansisset ævum.* Hæc ille. Et verò, quod addebas (verba hæc tua, agnoscis credo eadem) interim Scripturæ Sacrae Liber, hic illo multò certè nobilior, idem tamen (scil. aquas super cœlestes) satis clarè & non semel inculcat: id, inquam, reer ego, cum grano salis, quod dicitur, accipiendo & intelligendum. Et Naturæ quidem Liber, & porrò etiam Scripturæ S. in suo genere, Physico utrinque Principum cognoscendi sunt suum: immo & Mathematico, Geometræ, Geographo, Architecto, Historico, Chronologo, Moralistæ, & sic porro. Verum verò, Naturæ Liber scrutatori naturæ τρόπων κατεύθυνσις, SS. Scripturæ δευτέρως. Nec decedit hinc aliquid authoritati divinæ SS. Scripturæ: manet Codex hic quippe præilio multò nobilissimus & sanctissimus qui scriptus nobis est, non tam propter caduca & temporaria, quā ut credamus hunc JESUM esse CHRISTUM illum, Filium DEI, & ut credentes vitam habeamus eternam per nomen ejus, Johann. cap. XX. v. ult.

Jam (ex concessis tecum igitur ago) cum, inquam, Naturæ Liber circa præsentem propositam sive Quæstionem sive materiam prorsus taceat, altoque planè silentio involvat Aquas sapè notatas: ex S. Scripturæ verò libro certa & nova sanè species mundi in hanc ejus scenam producenda sit: utique fieri id debet / Physica quippe cum ὅπητις ἡμῖν vel scientia sit, h. e. habitus demonstrativus ex necessariis, non probabilibus vel contingenter veris) utique, inquam, id fieri ergo debet, illo modo, adductis locis vel testimoniis S. Scripturæ stringentibus, non ambiguis vel æquè dubiis & incertis. Nunc (ut ad rem propriùs deveniam) talia verò sunt N.N. tua singula atque omnia s. probata (ut opinaris) s. adducta à te testimonia S. Scripturæ. Vulgatam. dixerim fermè, redolent Editionem & ex parte Scholasticam Theologiam (ex hypothesi quippe & secundum sententiam communem procedis) non Fontes redolent ipsos; in quibus scil. textuum adductorum Vo-

cabula pleraque & potiora, immò textus ipse, ambiguata sua insigni laborant, (ad eoq; stringentia non sunt) interim in quibus cardo vertitur totius s. Quæstionis s. negotii. Quod per inductionem per singula nunc demonstrandum, quantum & Vocabula & porrò adducta loca tua sive testimonia.

Primum itaq; Vocabula in hoc negotii genere potiora quod concernit, hæc omnia omnino dubii sunt generis, v. gr. Vox pœtissima præ reliquis יְהוָה quam reddit vulgo firmamentum, שְׁמֵיִת & תְּהִרְתָּם & תְּהִרְתָּם יְהוָה, מַיְשֵׁר & מַעֲלֵה עַל & quas subter & supra vulgo. Jam, Vox vel nomen ipfissimum רְקִיעַ quod est propriissimè expansum, LXX. Senes Græci reddit per σερένα, rectius ἔπειρα reddidissent, Latini & Vulgata per firmamentum: jam, dico repetoq;, Vox יְהוָה non tantum Cœlos vel Cœlum stellarum significat / quam, quæ extra controversiam sint, talia loca præter tria Gen, scil. l. v. 14. 15. & 17. non occurunt sed etiam expressè notat non rato aërem v. gr. Gen. I. v. 20. immò in quo volatilia Cœli volunt: Verba allegato loco ipfissima hæc sunt: וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְמַיִּם שְׂרֵץ נֶפֶשׁ רַבִּיה וְעוֹף יְעוֹפָךְ עַל — הָאָרֶץ  
וַיֹּרֶא כָּלָמִיד שְׂרֵץ נֶפֶשׁ רַבִּיה וְעוֹף יְעוֹפָךְ עַל — Et dixit DÉUS: reptiscent aquæ reptile animæ viventis & volatile volet super terram, super facies expansionis cœlorum. Adde nunc porrò locum Psalm. XIX. v. 2. quem Chaldaeus item expressè per אֹוֹרְתָּא aëra reddit. Immò, radix vel thema aut primitivum ipsum רְקִיעַ, quod originaliter & in formalí suo significat expandit, dispendit aliquid, diduxit in longum & latum applicatur plurimis aliis rebus: lamina five bracteis: Num. XVI. v. 38. & in specie Auri: Exod. XXXIX. v. 3. Jes. XL. v. 19. item argenti Jer. X. v. 9. quin immò, notes, Nubibus (שְׁחָקִים) in aëre: Vid. Job XXXVII. 18. & conf. omnino me Deut. X. XI. I. v. 26. Psal. XIX. v. 12. Psal. LXXXIX. v. 38. quinimò adhuc, quod mireris, terris, Psal. CX. XV. v. 6. (ita & Chaldaeus ibid.) Jes. XLII. v. 5. cap. XLIV. v. 24. adde pedibus homi-

hominis. Ezech. VI. v. 11. cap. XXV. v. 6. Conf. nunc, adhibitis  
Concordantiis Ebr. quæ te sufficientissimè de hisce edocere pos-  
sunt, quod ad loca hæc à me adducta, Fontes S. Scripturæ ipsoſ.  
Vides hinc atque cognoscis nunc, mi Optime N. N. quam ambi-  
guo & aſcipiti Vocabulo Cœlum Vestrum ſtellatum, ſupra quod  
existimas reponitas aquas illas tuas, nitatur.

Alterum nunc Vocabulum ejusdem generis, dubii ſcil. eſt,  
nempè כְּלֵי שָׁמֶן. Quod (mitto hīc originationem ejusdem, ut  
pote quæ hujus loci non eſt, ita Synonyma cœlorum apud Tal-  
mudicos & Rabbinos vulgares) quod, inquam, variè iterum ſi-  
gnificat: Jam 1. Aqueam illam primam molem, quā olim, ſicuti  
vitellus albugine ovi, terra circumfusa fuit: Gen. I. v. 1. Jam (1)  
Aerem (extra controverſiam: quemadmodum etiam Græcorum  
& Latinorum ὥρας, Cœlum latifissimè ſignificat: τὸ πέτρινον τὸ  
ἥρας, volatilia Cœli, Matth. VI. v. 26. cap. VIII. v. 20. alibi) aē-  
rem, inquam, ſicque notat Gen. I. v. 20. 26. & 30. Deut. IV. v. 11.  
cap. XXVII. v. 23. Job. II. v. 12. cap. XVI. v. 19. Psal. VIII. v. 9.  
Pſ. XVIII. v. 14. Pſ. CXLVII. v. 8. alibi. (3) Nubes: Jer. X. v. 13.  
(4) Certum terræ traectum, regionem vel horizontem viſibilem:  
Levit XXVI. v. 19. Deut. XXVIII. v. 23. (5) Cœlum ſtellatum: Gen.  
XV. v. 5. cap. XXII. v. 17. Jes. XIV. v. 13. immò Mundum totum,  
Sedem porrò Dei & beatorum, DEUM denique iſum notare id  
Vocabuli כְּלֵי שָׁמֶן maximè Talmudicis & Rabbinis, quid notius?

Tertium porrò Vocabulum מִים denotat & Aquas elemen-  
tares, & nubes & potum quemcunque, adde: lacrymas, populorum  
multitudinem, &c. Vid. singula ſuo loco. Demum vocabulum  
לְבַשׂ & לְעֹמֶד ita תְּחִנָּה & תְּחִנָּת quid notius, quam  
Protea agere hæc, indutis plurimis omnino & omnigenis signifi-  
cationibus: לְבַשׂ quippe non tantum notat ſuper aut ſupra, ſed  
ecce etiam: ad. apud, juxta, in, verſus, coram, ex, erga, usq;, con-  
tra, propter, pro de, cum, ultra, &c. Dabo h. l. en illa tantum ſi-  
gnificata, quæ notant juxta & in, quæq; ad nostrum faciunt pro-  
pius negotium: ſic notat juxta Gen. XIV. v. 6. cap. XVI. v. 7.  
Exod.

Exod. XIV. v. 9. Psal. XXIV. v. . alibi: In notat: Gen. I. v. 20. cap. XXVII. v. 40. Exod. XXVIII. v. 9 cap. XXIX. v. 3. Num. VI. v. 17. 2. Paralipom. I. v. 1. Psal. XXII. v. 11. Jes. XXXVIII. v. 20. alibi. De **לְעָם** verò in specie notes, quod in coniunctio- ne tali significet non *super* vel *supra*, sed *desuper* vel *superne*, von oben herab, & mage quidem in respectu ad sphæræ vel globi con- cavum, quam convexitatem: Vid. Gen. VII. v. 17. 2. Reg II. v. 13. Exech. I. v. 25. cap. IX. v. 3. &c. Vides nunc iterum mi N.N. quam lubricis & ambiguis innitantur aquæ illæ tuæ vocabulis: quid hic certi E. esse possit, & in re arduâ quidem & insuper dubia, si tot admittant eadem significata diversissima?

Nunc, ut ut ex dictis inclarescat res quidem jam satis: atta- men paucissimis saltem lustrabimus quoq; Loca, à te adducta tua tria: ( potiora verò & præ cæteris in speciem probabilia adduxi- sti ) Primus igitur è Mose, divino amanuense erat petitus, & hic: *Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis.* Et porrò: *Et fecit D E U S firmamentum, divisig, aquas, quæ- rant sub firmamento, ab his quæran super firmamentum.* Et fa- etum est ita &c. Jam, ex eodem ita argumentaris forte: absque dubio: Quicunq; in prima creatione aquas divisit, vel ( quod eō redit ) fuisse divisas asserit, partem illius ( aquæ ) unam infra cœlum, alteram supra cœlum collocatam, is aquas supracœlestes disertè adstruit: at verò Spiritus S. vel Moses &c. E. Cæterum, nego sic consequentiam ego Majoris propositionis: divisionem concedo quidem factam quandam aquarum: sed an illa ideò ex- tendenda super Cœlum stellatum? quod nunquam extat, neque in textu eriam hoc tuo à te adducto: sed nudè legitur ibidem **מעָרֵך** **לְרַקִּיעַ** *desuper expansum*: quod tu præsupponis male, esse Cœlum & quidem stellatum: at verò, si à me dicta superiùs recolliges, varie vocabulum **רַקִּיעַ** significare cogitabis, etiam atq; inter alia aërem: & quid si etiam Cœlum vel **שְׁמִינִי** extaret? ( non extat autem ) & ipsum hoc dubii generis est, quemadmodum suprà audivimus, non ideò statim Cœlum stellarum significat. Vo- cabulum porrò **מִזְבֵּחַ**, & particulam vel præpositionem **מַעַל**

addita

59

addita etiam hoc loco, ut ejusdem, dubii scil. generis, ambo bre-  
stitatis ergò hic mitto.

Alter locus porro à te adductus è Psalmi CIV. comm. 3. pla-  
nè aliter legitur in Fontibus, quām tu adduxisti eundem. Tu scil.  
cum Vulgata legebas: *qui regis aquis Superiora Cœli*: sed Fontes:  
*contignans in aquis excelsa, superiora sua*: addito mox in media-  
tate, hoc ipso in connate: *ponens Nubem currum suum, ambulans*  
*super alas venti*: & mox iterum verius seq. 6. *super montesstant Aquæ*: B. Luther. *Die Wässer stehen über den Bergen*. Conf. &  
vid. omnino hīc etiam mox Psal. CXLVII. v. 8. Jerem. X.v. 13. &c.  
Vides hīc iterum, quales sibi aquas, quæ & qualia superiora vel  
excelsa velit sibi textus: An supercoelestes? an cœlum stallatum?  
Minimè. Nihil eorum in Fontibus. Aëris, & in eo Nubium con-  
trà potius & aliorum meteororum fit expressa in iisdem mentio.

Tertius locus desumptus erat è Psalm. CXLVIII. comm. 4.  
quod hoc: *Landate eum Cœli Cœlorum, & aquæ, quæ supra Cœ-  
los &c.* Radiaret præ reliquis hic fortè luce sua, si, ut in primis ver-  
bis, extaret ita in posterioribus quoque : **בְּשָׁמַיִם הַשְׁמִינִי מֵעַל** *Cœli*  
*Cœlorum*, sed extat nude **הַשְׁמִינִי מֵעַל** *desuper Cœlos*, an-  
ceps iterum ipsum illud, unā cum vocula **מֵעַל** & ipsa tali: ut  
pluribus supra demonstratum. Legatur, fodes, totus Psalmus  
per singula membra sua. Vides, sicqve, credo NN. firmitudi-  
nem tuorum adductorum testimoniorū pro aquis illis tuis: sci-  
entifica pro novâ mundi specie in Physicam introducenda argumen-  
ta tua.

Atq; ita, nisi fallor insigniter ego, Qvæsto tuo à me utcunq;  
satisfactum, quo quærebas: an sententia de Aquis supracœlesti-  
bus Fontibus originariis sacris & Ebræis sit conformis? atque sic  
discedere opellâ hac meâ qualicunq; facile poteram. Cæterum  
ne te dubium in aliquo relinquam (dices quippè enim, quid in ad-  
ductis ergò locis per **רְקִיעַ expanse** per **רְקִיעַ** *Cœlos*, per  
**אֲqua** & sic porrò, intelligam ego,) Dicam igitur, & re-  
spondeo, & brevissimis quidem: Primo per Vocabulum **רְקִיעַ expanse** (potissima quæ in hoc negotio vox est) in genere intel-  
ligo

ligo ego quidem tractum totum illum, expansum integrum, quod est à superficie, nisi centro, globus terreni (una cum aqua ipsa usq; ad Cœlum) stellatum sive supremum, inclusivè sive inclusò hocce: qui tractus universus postmodum distinguitur iterum in aëreum & æthereum vulgo: quanquam uterque hic unius ejusdemq; mihi quidem sit naturæ: (unde & in Scriptura S. uterque per Vocabulum שְׁמִינִי denotatur) differunt tantum gradibus vel qualitatib; sive per accidens, ratione puritatis (subtilitatis) & impuritatis maximè: quo modo etiam aër vulgo in tres distinguuntur regiones, imam, medianam & supremam, cui supremæ tractu & tactu uno, ut sic loquar, non contiguo, sed continuo jungitur hinc æther: hic incorporeæ quodammodo naturæ & inani vel spiritui potius tantum non cognatissimus & simillimus, aura suâ spiritali, amabili & cœlesti, permeans, replens omnia, & suo quasi sinu & complexu fovens omnia.

Jam, in specie, hisce quidem in locis, per vocabula עַמְּנִי & שְׁמִינִי intelligo ego utrinque aëra: per שְׁמִינִי Aquas in illo (aëre) superiores, vel aquas potius nubium ipsissimas. Qualia notare perfæpe suprà satis demonstratum, &c. Notanter vero ita loquor: Aquas in illo (aëre) superiores, vel aquas nubium ipsissimas: ad evitandum, Nubes si dixisset vel dicere simpliciter/quaes & ipsas interim שְׁמִינִי aliquando etiam significat, ut suprà dico, demonstratum) ad evitandum, inquam, si Nubes simpliciter dixisset, statim objectunculas quasdam aliorum aliorumque, à forma Nubis petitas, Nubes scil. formaliter non esse aquam. Sed enim vero, ecquid Mosi aut Psalta cum conceptu illo mentali vel notionali Nubium hodiè nostro, immò formā accidentalē? (sic Cera manet ceras quameunq; eidem induxeris formam) Communi more scil. illi Amanuenses divini & κατ' ἀνθρώπων loquuntur: sufficit subjectivè & materialiter Nubes esse aquas: & omnino Γαλοπυλέυροι sunt quasi quoddam earundem D[omi]ni ter Opt. benignissimi erga genus humanum miraculissimum. Audiemus quæsò, hac de re Psalten regium ipsum, quem & tu suprà adduxisti, ita autem hic Psalm. ClV, v. 6.

הָרִים

59

super vel in, juxta montes subsistunt מִזְרָחַם aquæ: quæ verba B. Lutherus, ut suprà etiam notatum: und die Wasser stehen über/ oder an/ benebenst den Bergen; expressè scil. hic Nubes vocantur aquæ: & eadem quidem porrò, ὡμογένεις, ejusdemq; naturæ cum inferioribus: ita est, omnino: quod, an etiam sint aquæ illæ supercelestes tuæ, ibi scil. posita, ubi elementari naturæ definit prorsus suus esse locus? Non puto: minimè ita, tales non sunt: Aut enim (verbo:) sunt, aut non sunt tales, ὡμογένεις scil? Sunt? quid elementari materiei, ut modò dictum (præser-  
tim cum elementaris aqua nostra non sit deturq; pura) cum ætherea & supercelesti? Ordo sic Naturæ egregiè turbatur. Non sunt, dices, & exspirat sic divisionis aquarum primigeniarum & homogeniarum negotium. Alia infinita ut faceam: sic fore tripli-  
cipes aquas: inferiores, superiores & supracœlestes: Secundo  
die item non agi Mosi de Cœlo stellato vel supremo, sed quarto  
demùm: contrà, dicto quarto die altum esse silentium de sphera  
quadam tali aquarum supercelestium: & quæ hic præterea pro  
stabilitienda nostra sententia & vice versa destruenda contrariâ  
possent adferri, si loci & temporis id admitteret ratio. Videndi  
præ reliquis & pluribus Flacius Illyricus, in Clave part. I. in voce  
*Aqua*, & Conrad. Aslacus in Physicis & Ethicis suis Mosaicis:  
add. Sixt. Amama, in Antibar. Bibl. p. m. 283. seq.

Unum addendum adhuc fortè fuerit: ( brevissimis autem  
me & mox expediam) lustranda nempè omnino tua adhuc Respon-  
sa ad Nostrarium qvorundam data supra rerum momenta. Di-  
cebas nimirum: Nec obstant, quæ communiter oggeruntur ab aliis  
aliisq; primùm: *Esse contra naturam & proprietatem aquæ, hanc*  
*supra aërem & Cœlum in loco omnium supremo existere & posse:* Et  
rectè quidem. Respondebas tu cum Lombardo & Augustino: *Quo-*  
*quo modo ibi sint, saltim sint, & ibidem esse easdem interim non du-*  
*bitandum.* Quid quæscè inaudio? Tò c̄ δέχηται μόνον, quod di-  
citur, vel principium sic egregiè petis. Addebat: *Nullum esse*  
*aquarum talium super Cœlum collocatarum supremum finem vel u-*  
*sum:* rectè iterum. Respondebas tu: à nostra ignorantia ad rei  
negationem non valet consequentia: regero: sic Mundos dixerim  
H 2 ego

ego esse plures, non unum: negas tu? respondeo: à nostra ignorantia ad rei negationem non valet Consequentia. Addebas tertium, de Nubium ratione & naturâ quædam: Nubes tunc, scil. secundo die, nondum fuisse: Cœlum fortè, h.e. aërem, à DEO non conditum nubilum: Petitio principii iterum: an sponte igitur & quando & quo die ortæ enataq; cædem? dicas. Nubes addebas: non esse aquas veras & reales: immò non ejusdem vel homogenia naturæ cum inferioribus: respondi jam, non repeto: super montes עֲלֵי הַרְיָה subsunt מִתְבָּאָה Aque h. e. Nubes, Psal. CIV. v. 6. Die Wasser [Wolken] stehen oben/ über oder an zu nächst den Bergen/ B. Lutherus. Et anne veræ & reales sunt aquæ Catasta (conf. historiam diliuvii Gen. Cap. VII. seq.) & fragmina illa (Wolkenbrüche) aliquando nubium dira tristiaque? puto: immò & hæc nostra superior præteritaque, per totam ferè Europam, hymens id nos satis abundè docuit. Homogenias item vel ejusdem naturæ esse inferiores & superiores aquas, suprà evictum fuit; supercoelestes contrà & imaginarias illas tuas neutrius, immò nullius. Pergebas: Non sunt nubes in superiore loco, h.e. supra אֶרְזָה regione: affirmo prius, licet non posterius. Addebas abhæc: Nubes non sunt perpetuae: respondeo sunt & non sunt: non, in uno loco vel horizonte visibili, neq; id opus etiam est, cum & aquæ inferiores non sint eodem modo, h.e. perpetuae vel continuæ aut contiguæ: sunt verò, si omnem mundi plagam vel tractum simul & semel respicias cogitesque.

Addam demùm unum, unum saltem adhuc, superpondis quæsi loco: & quæ verò divisorum harum aquarum tuarum, inferiorum scil. & supracœlestium (ut debebat fieri omnino, unius scil. integri in duas adæquatas vel æquales suas partes) inter se erit proportio? Nulla omnino. Cœlum sidereum nempè vel octavum orbem, & supra hasce adhuc repositas aquas illas supracœlestes tuas si conferas cum aquis elementaribus & inferioribus: nulla videbis, nulla inter easdem erit conformitas vel proportio. Et qualis verò hæc porro erit Divisio, & quale, ut textus habet, סְבִירִים divisorum? inadæquata scil. & improportionata omnia. Si terræ globus una ipse cum omni aqua, ut volunt statunt-

tuuntq; in respectu ad Cœlum supremum est instar puncti, quid  
fiet itaq; de Aquis elementaribus sive inferioribus in respectu ad  
aquas supercœlestes tuas? super omne omnino positas cœlum.  
Guttula erunt, immò nihilum illæ ad hasce: & qualis verò hæc  
iterum, dico reperioque, aquarum divisio? quæ earundem ~~hæc~~  
aut propoatio: nulla, nulla inquam.

Coueludo sic, hac vice quidem: repetita interim superiore  
obtestatione illa meâ: statuere me hæc atq; talia salvo aliorum  
quorumcunq; judicio: abundet quisq; suo sensu: si & mihi inte-  
rim liceat meo. Verbo: (audacter autem forte nimis loquor?  
sit igitur venia dicto) *Aqua illæ tua supracœlestes*, mi Optime N.N.  
*Aqua*, inquam, illæ tua supracœlestes, Cœlum empyreum & crystal-  
linum, Aer ita & Ignis supercœlestis Henric. Nollii, alia forte,  
Ignis sub concavo Lunæ, Intelligentia Orbium cœlestium motri-  
ces, Materia prima, in sensu Aristotelico, ita Privatio, similia,  
mihi, mihi inquam, videntur unius ejusdemque prædicamenti,  
Hosen eines Tuchs/ quod Germani dicunt vulgo proverbio suo.  
Credat hæc atque talia, qui velit, ego non. Tandem neminem  
hicasperè noto, notavi. Veterum potius meritoq; revercor ve-  
nerorq; canitiem, recentiores amo & colo. DIXI.

#### MANTISSA.

**M**antissa in vicem placet superaddere Henrici Nollii ex Cab-  
ala vel secretiore Philosophia, in Physic. Hermet. Lib. II.  
Cap. 2. Paradoxa & singularia quædam, addo memorabilia & mi-  
rabilia, quid quæsò fabulosa? de Aquis supracœlestibus &c. Ita  
autem ille loc. cit. *Quales sint*, inquit, *Aqua supracœlestes*;  
cujus generis substantia atq; naturæ, Cabala secretiorq; Philosophia  
per Spiritum Sanctum sapientibus assentem, veramq; Theoso-  
phiam doceat, nos aperte docet. *Statuimus ergo aquas supracœ-  
lestes esse substantias purissimas, subtilissimas, igneas, lucidissimas,*  
plusquam perfectas, incorruptibiles, perpetuo in se fixas, hoc est, per-  
manentes, liquidas tamen & fluidas, inflammabiles, minimè com-  
bustiles, in usum hunc, ut in regione super supremâ sint atq; consti-  
tuant Schamajus I. cœlum Empyreum dictum, quod in superficie  
citimâ aquatum est, extima igneum, ignis flagrans, aqua ardens: Est  
habitaculum omnium Angelorum, sanctorum, piorumq; hominum fin-

cero ex corde Deum colentium: Est verus Paradisus, in quem positus  
fuit Adam ante lapsum: Est summa macrocosmus, continet enim o-  
mnia, quae in hoc macrocosmo & microcosmo, in se secundum eminen-  
tiam. Est ejusmodi aqua, cuius perpetuo & continuo influxu in haec  
inferiora omnia animantur & disponuntur ad suscipiendam exalta-  
tionem: Primum se communicat astris visibilibus, per astra aeri, per  
aerem aquae & terre. Et ne frustra tam dignus thesaurus descendere &  
se humiliare videatur, sui perfectam in imagine in cuidam mi-  
nera coram mundo abjecte, que Magnesia sapientum & materia La-  
pidis Philosophici debita & genuina dicitur, impressit, illamq; sic dia-  
sposuit, ut facilio negotio, DEO singulariter benedicente, & industria  
humani ingenii inde erui possit, ut sic etiam sanctis vereq; piis Philoso-  
phis in hac vita domicilium beatorum ejusq; natura ob oculos ponan-  
tur. Quare Sendivogius ille vere sapiens paulo ante enigma suum  
Philosophicum praesumma cordis exultatione in hac verba erumpit:  
Credite mihi, si non esse ejusmodi status ac conditionis homo, sicut sum,  
nihil mihi solitaria vita foret jucundissima, vel cum Diogene sub dolio  
delitescere: Video enim omnia qua sunt, vanitatem esse, fraudem &  
avaritiam in valuisse, ubi omnia venalia sunt, & iniquitatem virtu-  
tem superasse. Future vita meliora pra oculis video, hisce gaudeo:  
Nam non miror, ut antea feci, cur Philosophi, habita tali medicina,  
non curarunt abbreviare dies suos, quia omni Philosopho ita est pra  
oculis vita sequens, sicuti in speculo apparet tibi tua propria facies.  
Quae cum ita sint, recte statuo cum Theosophis, aquas supercoelestes es-  
se ejusdem naturae, cuius est latex ille ethereus incombustibiliter ar-  
dens ex magnesia sapientum philosophica & regia via erutus: in  
quam sapientie mineram DEUS non tantum posuit sapienterq; re-  
servavit celum, verum etiam terram & aquam, Hylen nimirum aut  
semina mundi hujus totius in statu primordiali catholico adhuc ho-  
die existentia. O mysterium mysteriorum! O thesaurum profundissime  
sapientie inexhaustum! O DEUS quando mibi immensum illud  
gazophylacium aperies, ejusq; dulcissimis fructibus me frui con-  
cedes? Veni o DEUS, & conatibus meis auxiliares porrige  
manus. Hec ille. Tantum.

Tω Θεω Δόξα.

A. 2

## EXERCITATIO V.

De

## VOTO JEPHTÆ &amp;c.

ex Judic. cap. XI. vers. 31. seq.

AUTORE

ANDR. SENNERTO.

## I. QUÆSTIO proposita.

**S**I quibus in aliis, certè vel in hoc loco & tempore obsequentem  
me jussis esse deceat: Rector Magnifice, Vosq; cæteri omnium  
Ordinum Auditores honoratissimi lectissimique. Aures quo-  
circa benevolas mandatum modò datum Oratione brevi pariter  
ac simplici executuro mihi ut concedere velitis, est quod hisce ob-  
servanter & enixè rogo atq; contendō: De argumento verò ecce  
dum cogito sollicitusque sum opportunè in mentem mihi venit  
Locus biblicus ex Judicūm libri cap. XI. comm. 31. & seqq. de Vo-  
to nempe Jephthæ, Judicis sive Prætoris & Vindicis suo tempore  
Israëlitarum, ejusdemq; filia Virgine, nescio sive immolatâ illâ, ut  
volunt, sive consecratâ DEO, quomodo cunque. In diversum e-  
nim abeunt (ut rem dicendo mox & sine ambage aggrediar) hic  
Interpretes cum ex Dnn. Theologis, tūm etiam Philologis: quo-  
rum alii statuunt, (ut modò & ex parte dictum) Votum juxta Pa-  
rentis datum descriptumq; ibidem, immolatam DEO Virginem  
laudatam, mortique adeò traditam, alii verò minimè, sed vivam  
consecratam, Illi, DEO, & nescio in quem quasi traditam Naz-  
ratum & secessim quendam ministerio Illius & ad perpetuam  
Virginitatem. Verba Fontium sive textūs sacri Ebræi ibidem  
vers

וְיָהִי חֹזֶק אֲשֶׁר יַצֵּא מִרְלָיו בֵּיתִי לִמְרָאָתִי בְּשׁוּבִי בְּשִׁלּוֹם מִבְנֵי עַפְתָּן וְחַחָּה לִחְוֹרָה: hoc est: Et erit egrediens quodcumque e-

gredietur (scil. primū) è foribus domus mea in occursum meum, in redeundo me in pace à filiis Ammon, & erit Domino & ascenderet fasciam illud sive offeram in holocaustum: & veriu vel commat 39.

נָרוּ אֲשֶׁר נָרָה: — לה אַת — וַיַּעֲשֵׂה id est, & fecit ei (scil.

Parens Jephtha) votum suum quod voverat. Quæ Verba, paucioribus contenta, Vulgata Editio: *Quicunque primus fuerit egressus de foribus domus mea &c. eum holocaustum offeram Domino.*

B. verò Lutherus: Und Jephtha gelobete den HERRN eine Gelüste und sprach: Blebst du die Kinder Ammon in meine Hand / was zu meiner Haushütte heraus mir entgegen gehet/ wenn ich mit Frieden wieder komme von den Kindern Ammon / das soll des HERRN seyn/ und wils zum Brand-Opfer opfern. & vers. 39. Und Er / Jephtha, thät Ihr / wie Er gelobet hatte. Enim verò

nunc, quicquid in contrarium alii, immolatam adeo fuisse Jephthigeniam Virginem, ego quidem extra omnem controversiam posuerim, clara satis siquidem cum undecunque sint verba textus sacri. Unde Theander, laudatus modò B. Lutherus noster; in

glossā marginali: Man will Er habe Sie nicht geopfert / aber der Tept steht da klahr. So sicher man auch beyde an den Richtern und Königen/ daß sie nach grossen Thaten haben auch grosse Thorheiten begehen müssen/ zu verhüten den leidigen Hochmuth. Sed

& alia non minus prostant rerum rationumq; momenta sive testimonia pro immolatâ Virgine prætoriâ: Flagrantissimus nempe Victorix Polemarchi Jephthæ animus, & proinde præceps nimium (ut mollius dicam) & cum inconsiderantiâ conjunctum quadam

Votum effutum magè, quam datum. Addo, Querela hinc consequens contristati parentis ob filiæ mortem acerbissima & luctuosissima. Porro inusitatus illo tempore in Ecclesiâ Israëliticâ perpetuus coelibatus sive Virginitas. Et quæ his sunt similia alia. Neque enim in re tam clara, ut monitum, prolixior ero.

Enim verò nihilominus memini, etiam ex Nostris, non minoris  
com-

65

commatis authores, in contraria esse sententiā, ut suprā etiā ex parte jam dictum, nimirum non immolatam Virginem in holocaustum aut morti traditam, sed vivam DEI consecratam cultui, ad perpetuum quasi Nazaræatum & Virginitatem. E quorum numero, sunt, nisi insigniter fallor ego, B. Brentius, Wolf, Frantzius, Glassius, Tremellius, Junius, Drusius, Sixt. Amama, alii: Meo interim cūm judicio stare proprio nolim, utra hacten sententiarum Veritati, atq; adeò textui sacro & originali consentanea sit magis (addo, offert modò sese etiam mihi tertia, eorum, qui ētē ex hīc malint, quam certi aliquid statuerent) ad Te igitur A N D R. SENNERTE meo atq; competitorum meorum configio nomine, rogitans enīx & cum omni studio, ut qvā mens tua super loco hōc controverso, & qvidem qvā maximē ad veritatem appenso illo Ebraicam, ediscere velis hanc gravatim. Constatibunt pro præstītā hāc nobis operā vicissim observantia, studia atq; officia nostra ex ase semper parata, pronta, prompta.

## 2. RESPONSO.

I Phigeniam ergo producis in medium, sacram qvidem, Præstantissime &c. N. N. Iphigeniam ergo, ajo, producis in medium, sacram qvidem, non Agamemonis illam & Clytemnestræ filiam, svāsu Calchantis auguris qvondam maximi, ad placandos Deos gentiles in sacrificio mactatam, testibus Euripide, Servio, aliis, (a) sed sacram inquam; Jephigeniam volo intelligoq; unā Tēcum (Seilam Philoni dīstam) Jephta Prætoris atq; Polemarchi Israëlitarum qvondam in Pandectis sacris Jud. XI. filiam. Hanc, verbo, immolatam Tu ducis mactatamq; D E O ex Voto Parentis sui in holocaustum. Nec miror, cūm tot tantæq; authoritatis ex omni antiquitate nec non modernis s. recentioribus à partibus tuis habeas stantes Doctores Scriptoresque; Patres, qvos vocamus ita vulgo, Rabbinorum non nullos, alios plurimos. Nominalle unum atq; alterum nudē, ut eò majus accedat robur sententiæ tuæ, sufficiat hac vice: Justinum, volo, mart. Tertullianum, Nazianzenum, Ambrosium, Hieronymum, Chrysostomum, Augustinum, Theodoreum, Epiphanius, alios. (C) Ex Doctribus Ebr. post Targumicos & Talmudistas, Flav. Josephum, R. Mose

Moſe Bar Nachman, R. Sel. Jarchi, similes. Ita ex nostris, BB.  
 Lutherum, Balduinum, Brochmannum, Waltherum, Dannhae-  
 rum, alios. E Pontificiis, Thomam, Abulensem, Cajetanum,  
 Hug. Victorem, Salianum, Torniellum, Serarium, Genebrardum,  
 Bonfrerium, Corn. à Lap. Menoch. Tirinum. E Reformatis, Mu-  
 sculum, P. Martyrem, Crellum, similes, inquam, alios. Enim  
 verò nihilominus tute ipius adduxisti etiam ex nostris, qui in con-  
 traria sunt sententia (non sc. immolatam fuisse laudatam Virginem,  
 sed consecratam vivam DEO, vel quomodo cumque.) BB. nimis.  
 Brentium, Frantzium, Glassium, adde Lyranum, Münsterum, Pa-  
 gninum, Vatablum, Bern. Zieglerum ap. Brentium, Chytræum,  
 Andr. Osiandrum, Pellicanum, Tremell. Junium, Brighonum,  
 Piscatorem, Perkinsum, Tossanum, Drusium, Sixt. Amama, Schind-  
 lerum, Ariam Montanum, H. Grotium, Quistorpium, Hack-  
 span, alios plurimos. Nunc demum post tot tantosq; heroës me  
 minimum etiam sollicitas in præsenti (mallem absolvit cito à Te  
 in hoc negotii genere) ut qvæ mea quoq; sit in hâc dubiâ re sen-  
 tentia: (Opinio, ajam) dicere ego velim. Quid igitur agam?  
 Renuam? minimè: ita qvandoq; videm vis: sed si primùm conte-  
 status fuero solennissimè, cum nemine, nemine inquam, mihi  
 rem fore, nisi Te uno solo, & ad instantiam allectus ille ego tuam:  
 addam? & pro ea qvâ, spero, fruor & ego minimus, libertate in  
 republicâ literatia? porrò, si Tibi, mi Optime Dn. Mag. N. tuisq;  
 Competitoribus de noviter & modò collatis in Philosophia ho-  
 noribus summis, paucis qvidem verbis, at v. בָּלֶא לְבָן h. e.  
 extor op̄ectore gratulatus fuero. Atq; en adeò Præximii Dn.  
 Magistri novelli, Amici & Commititones Optimi, amati æstima-  
 tiq; pl. precor hoc ipso, ut laudati modo honores collati Vobis,  
 cum una annexis, cedant DEO, Ecclesiæ, Reipublicæ, præsertim  
 literaria, Vobis demum omnibus atq; singulis ex Voto atq; Fe-  
 liciter! Faxit id clementissimum Numen! Faxit!

Nuic, mi Optime atq; Doctissime Dn. M. NN. ut brevissi-  
 mis (in qvatum qvidem id fieri modò poterit, in re scil. non  
 minoris commatis) me absolvam, id contestor adhuc semel &  
 ante omnia, mihi cum nemine & nullo rem vel negotium fore super  
 hoc

87

hoc dubio à Te proposito in medium nisi Te, inquam, uno solo  
addo, me minimè (vel certè per omnia) aspernari sententiam il-  
lam tuam affirmantem pro immolatâ Virgine Jephigeniâ non se-  
mel laudata: at enim verò unicum si largiri modò mihi velis the-  
ma hoc nempe subseq. quodq; unicè urgebo per totum s. discur-  
sum meum s. responsum à Te expeditum qualemque: nimis an  
tâm certa, clara & manifesta, ut Tu quidem vis, (agnosces à Te  
dicta modò) an, ajam, tam certa & clara sit affirmativa illa senten-  
tia tua pro immolatâ Virgine, quantum historiam & textum im-  
primis sacrum & originale, quam Tu opinaris. Dubium Te  
quidem in hac tuâ sententia non peragam per omnia: sed altiori  
nihilominus in dagini do Tibi relinquoq; seqq. ordine; si adver-  
tas modò recte & seriò, si advertas, ajo: Primum: annon hæc  
sententia affirmans pro immolatâ Virgine præatoria Originem de-  
beat suam primam Vulgatæ, ita quam vocant, Editioni? ut fit  
quandoq; etiam in aliis aliusque. Verba ejus Tute ipse suprà ad-  
duxisti (addito: paucioribus contentam ipsam: scilicet) hæc  
autem sunt: *Quicunque primus fuerit egressus de foribus domus*  
*mea &c. cum holocaustum offeram Dno.* Quid inaudio? Quid  
modis hic recedit Vulgatus à textu sacro eodemq; originario?  
*Quicunque, infit, primus egressus fuerit &c. eum &c.* Benè, o-  
mnimodo: ita in salvo ergo est Jephigenia Virgo nostra: feminæ  
utpote sexus, non masculi. Votum adeò hanc non tangit aut  
stringit Parentis Polemarchi: salva sic evadit, inquam: Vulgato  
attestante ipso, insimul judiceque. Sed labitur hic Vulgaris in-  
terpres, & nescit Neutrum s. medium genus Ebræos exprimere  
jam per masculinum, ut hoc loco, jam seqviorem sexum: nota  
qvæ in vulgus hodiè atq; tyronibus. (γ) Primus Vulgatæ error.  
Alter seqvitur, crassiorq; idem. Ubi hic alterum (prius) textū  
sacri & originarii, addo datiq; Voti Jephæi, membrum? **לְרֹא**  
**וְעַלְיָהוּ וְתִרְאֵת יְהוָה** Et erit Domino vel Domini, Jeho-  
væ, & offeram illud in holocaustum. Omissum est? Itanè? omni-  
nō: sed perperam. Imposuitq; adeò, me judice quidem, hæc  
Versio vulgaris antiquitat, h. c. Patrum choro venerando &c.

I 2 an

an dicam? universo, Lingvæ textusq; facti & originalis signato,  
exceptis paucissimis, Origene & Hieronymo, alii forte, ajo, pau-  
cissimis. Hactenus Vulgatæ error geminus.

Seqvitur ut textum nunc, & paulò impensis qvidem, pen-  
sitemus originalem. Hic verò considerandus nobis venit ( im-  
mò , sic est, quantum duo ejusdem membradistincta: ( occasio-  
nem qvippe dati Voti Jephæti, וְעַתָּה אֲלֹת alia prætermitti-  
mus. vid. & lege capp. XI. & XII. per tota;) Primum, Votum  
quantum Jephætum ipissimum, secundum Voti quantum Execu-  
tionem: Προτίτερον hac vice placet mihi: Executionempe Vo-  
ti Verba hujus, paucissima qvidem, hæc sunt, commat. 39.  
נָרָד אֲשֶׁר נָרָד יִעַשׂ לְרֵת אֲתָּה & fecit ei ( Jephæt scil. Pa-  
rens) votum suum qvod voverat. Quid hæc, mi Optime NN.  
(advertisas mōdō recte & serio) qvid, ajam, qvælo hæc de immola-  
tā DEO virgine adolescentulā in holocaustum? Ne ωι aut γου  
qvidem. Remittit nude sese amanuensis Spiritus S. verbis hisce  
ad verba Voti ipsissima: prætereaq; nil ( & fecit ei, inquit, Votum  
suum qvod voverat) Nihil, inquam, hæc in hisce verbis de hol-  
ocausti sacrificio aut morte Jephigeniæ: citius de Virginitate  
ejusdem deplorata, & tertia qvidem id vice, in verbis & imme-  
diatè subseqq. & præcedentibus comm. 37. & 38. lege illa & rele-  
ge scrib: quo de pluribus forte infra.

Votum qvocirca Polemarchi ipissimum exetiendum nunc  
fuerit nobis satius, & dispiciendum ecqvid modò excupi ex eo-  
dem poterit. Cæterum in hoc dūo iterum ad pensandum ac-  
curatè & distinctè proponuntur nobis: primò Subjectum devo-  
tionis s. consecrationis, hinc modus Consecrationis ipissimus.  
(Voti speciem, vel quale idem fuerit, נָרָד an חֲרֵט, similiter  
consulto hæc præterimus ( ) Subjectum jam primò: id describitur  
vers. 31. hisce verbis: אֲשֶׁר יִזְחַק מִרְתָּהִי  
id est, בֵּיתִי לְקָרְנוֹת בְּשִׁיבוֹ בְּשִׁלוֹת מִבְנֵי עַמּוֹן:  
erit egrediens, quodcumq; egredietur (scil. primum) è foribus do-  
mús meæ in occursum meum, in redeundo me in pace à filiis Am-  
mon Sc. Qvibus verbis immò Subjectum Voti Jephæti, & qvi-  
dem universalissimè planè concipitur & describitur: Gressile ni-  
mi.

69

mirum quodcunq; ve, Gressile, ajam, quodcunq; ve: & erit ergo  
diens, quodcunq; egredietur &c. & quidem porrò id cujuscunq; ve  
speciei, iter sexus & denique conditionis: cujuscunq; ve spe-  
ciei, sive brutum hoc, bos v. gr. ovis aut capra (hæc enim tria  
ipsa inter bruta immobilia erant. conf. Lev. III, i. 6. 12. XVII, 3.  
XXII, 27. alibi) addo, asinus aut canis &c. hæc enim redimi po-  
tentia, Levit. XXVII, 11.) sive homo, rationale animal, fuerit: cujus-  
cunq; porrò sexus, mas aut foemina: denique cujuscunq; condi-  
tionis, liberne an libera, an servus aut ancilla, uxor, filia, virgo,  
mundum denique an immundum animal fuerit: id quod cum ex  
verbis textis tumaliâs & ex aliis circumstantiis facile inclarescit  
(e) Enim vero, hic Quæstio è primis una s. principalis mox evolu-  
yenda & accuratè & diligenter quidem nobis venit: nimis, an  
indifferenter, indiscriminatim aut indistinctè, quantum Subjecta  
data, voverit Votum hocce suum Jephtha? Qvod Tu affirmas, N N.  
& una tecum communiter alii aliique. Unde Votum veniebat Ti-  
bi Polemarchi victoriae nimis cupidi agnosces verba tua) cum in-  
considerantia conjunctum quadam, idemq; præcepis & effutum  
magè quam datum. Enimvero quid inaudio? Tu pro concessio-  
ne id sumis quidem, quod κερνομαδων est, & unum è primis inter nos  
λιαν μέγα αἰτημα. Tu omnino inconsideratum, præcepis, te-  
merarium, adde confusum, & quantum habitudinem Subjecto-  
rum, cum plerisque aliis, censes votum hocce Viri. Ac demus  
præcepis utcunq; & nimium quadantenus videri posse idem, intui-  
tu filia Virginis adolescentulæ, unicæq; ejusdem: qvod Qverela  
gravissimæ Prætoris & Victoris Parentisq; Jephtha attestari videri  
poterat, comm. 35. capit. At enim vero primum, ubi unquam  
aliâs, ajo, in universis S. Sæ. pandectis non laudatur potius, quam  
culpatur idem Vir bonus? conf. & vid. mox loca S. Sæ, extra  
hunc nostrum, Judic XII, i. seqq. 1. Sam. XI, ii. Ebr. XI, 32. Scio  
quid pretendere hic, sed frustâ, possis: temporis parco. Secun-  
dò in hoc loco vero nostro ipsissimo, comm. 29 (qvod, en, Votum  
Jephthæum immediato nexu præcedit) dicitur expressè: & fuit su-  
per Jephtha יְהוָה רִיתְיָהוּ עַתְּדָה וְתִרְיָה & fuit, inquam,  
super Jephtha Spiritus Domini, Jehova, h. e. sanctus: anfuitq; ad-

ed, sua certa ratione quadam, φερετινοῦ τοῦ πατέρων  
 αὐγής (ζ) nec obstat distincta hæc esse duo communia, datum modò  
 nimis. & subseq. exhibitiva Voti, distincta inquam interim unius  
 historiæ, sententiæ & contextus: transeant: tempus me monet:  
 tertio, anne, mi N. N. anne, inquam, Organum idem salutare &  
 efficax hac vice vindictæ DEI in Ammonitas, Prætor populi dein-  
 ceps per sexennium integrum, Vid. Jud. XII, 7. Israëlite bonus,  
 recoles quæ & suprà à me jam dicta sunt) tām extreñ ignarus,  
 (cūm una ignarissimis) aut porrò malus & contemtor Legum di-  
 vinarum fuit, maximè circa Vota facienda, v. gr. Levit. XXVII.  
 Num. XXX. Deuter. XXIII, alibi (in qvibus s. locis s. legibus de  
 Votis interim circumspectio accurata ubiq; adhibenda inculca-  
 tur: (n) ut per omnia tām indiscriminatim voverit aut indistincte,  
 demum ut tām grande committeret facinus? ut nihil hic qvic-  
 quam dicam de Præceptis universalissimis in Decalogo, alibi, com-  
 prehensis, de quinto de non occidendo, de ἀνθρωποθυσίᾳ prohibi-  
 ta, in specie de non immolandis liberis, similibus aliis. Atq;  
 tantum quantum Subjectum Consecrationis s. denominationis  
 Voti Jephæti.

Seqvitur ut Verba consideremus textus originarii Con-  
 secrationis modum ipsissimum concernentia. Kownsi, Vulgatam  
 mancam & mutilam illam, adeòq; rejiculam & hoc in loco, supra  
 notavimus. Verba textus sacri & originalis hæc sunt:  
 וְיִהְיֶה לְיהוָה וְהַעֲלִיתָיו עֹלֵת  
 : erit Domini vel Domino (Jeho-  
 væ scil. consecratum) & vel aut offeram illud (in) holocaustum.  
 Nunc, mi optime N. N. qvot sunt hujus Enunciationis s. Oratio-  
 nis datæ membra? an unum & simplex, an verò diversa & distin-  
 gta duo? Absque dubio Tu adstrues cum Vulgata prius: at verò  
 primùm, non sine insigni hoc modo tautologia? secundo: Quid  
 hæsit? Vides distincta & duo qvidem ipsissima esse membra:  
 וְיִהְיֶה לְיהוָה וְהַעֲלִיתָיו עֹלֵת  
 : erit Domini vel Domino, Jehovæ scil. conse-  
 cratum: tertio: adverte particulam Vau bis positam ipsam, idq; ve  
 non frustra? qvo in sensu deinceps videbimus. quartò  
 וְיִהְיֶה

¶

en, Sakephkaton, accentus major distinctivus, in te-  
tragrammatō, qvod ita vocant, לְהַזָּרֶת : non idem ergo verbo-  
rum sensus, sed disjunctivus est : pōrrō שְׁלֵמָה עֲלִיהָ תְּהִלָּה  
hic Silluk, omnium distinctivorum maximus: quintō: adverte  
& recole (Iupra qualia evicimus) subjecta consecrationi à Jephthā  
Prætore devota DEO non unum aut simplex, sed diversa erant;  
adēq qvæ lege Votorum diversorum distinctum Consecrationis  
modum etiam reqvirebant. sextō: en jam, hæcce illa, illa inqvam,  
Helena est : Syncategorema sive particula Vau hic ergo non copu-  
lativa est, sed disjunctiva: aut, aut: aut nimir. erit Domini, Je-  
hovæ, aut offeram illud in holocaustum. (9) Nec me movet,  
septimō, aut potest: τὸ Vau nativam & propriissimam esse signi-  
ficationem, qvod cōpulet: ergone etiam nunquam & nullibi dis-  
jungit Orationis certa membra sua? qvod falsissimum, omnino:  
vid. II. passim etiam ab aliis aliisq; citata: Gen. XXVI, ii. Exod. I.  
v. 10. cap. XII, 5. XXI, 15. Ieq. Lev. VI, 3. Deuter. XVII, 9. & 12.  
2. Sam. XI, 19. Ptoverb. XXX, 8. Jes. VII, 6. alia. Verum verò  
instas: in Oratione scil. s. membris disparatis vel disjunctivis,  
non subordinatis, ut hoc in loco nostro. Inficio ego, qvod non  
etiam in hoc loco nostro. Musitantem quidem hic inaudio Pi-  
scatorem, Herbornens. illum ad h. l. (1) perinde esse ac si quis di-  
cat: aut animal aut homo est. Primum, nego ego, idem vel perinde  
esse: secundō, etiam non nego. Non nego: animal utiq; genus est,  
homo species; sic etiam Consecrare aliquid DEO & offerre in ho-  
locaustum: nego verò, pernego: ergo qvod animal est, statim et-  
jam est homo; ita, qvod consecratur DEO, qvomodocunq; ve, er-  
go necessario sit aut est holocaustum: subest nihilominus discre-  
tio s. distinctio uttobiq; in talibus, & in animali & homi-  
ni & contrà, & omne qvidem holocaustum offertur DEO or-  
dinariè aut consecratur; sed non omne id, qvod consecratur,  
est aut sit holocaustum: qvam diversitatem aut distinctionem  
nobis parit & subjectorum devororum DEO ratio vel natura  
diversa, & ipsa etiam Scriptura Sacra attestatus idem in da-  
tis

cis supra II. Lev. XXVII. Numer. XXX. Deuter. XXIII.  
 alibi: Dicere nimir. volebat Polemarchus, Gileadites, Sponsor  
 Voti, aut dixit mage: Consecrabo illud DE O. qvomodo-  
 cunqve, qvocunqve modo, licito nempe, si tale est, ut non possit  
 immolari, aut immolabo in holocaustum, si tale est, qvod ex lege  
 posit. Plana & clara, me qvidem judice, singula iterum. Evi-  
 dentiam, evidentiam, inquam, verò contrà Afferit illius tui, quam  
 Tute unicè ferè urges, ego verò nego, habeas Tibi. Atqve tan-  
 tum etiam qvantum Consecrationis modum, Votum qvā Je-  
 phatæum.

Συλληβδην & verbo quasi: (Evidentiam inquam verò Affer-  
 it illius tui Tibi habeas) 1. Vulgatam illa tua sententia forte sapit,  
 Vulgatam inquam. 2. Nostra vicissim textus sacri & originalis  
 innititur, mageq; congrua huic est. 3. In Verbis executivis Vo-  
 ti nihil tale de mactata Virgine habetur, ne gry qvidem. 4. Vo-  
 ti ipsius Subjecta in hoc diversa notantur: ergò 5. etiam Conse-  
 crationis modus talis: qvem 6. svadet textus ipsissimus. 7. i-  
 demq; bimembribus & disjunctivus. 8. particula Vau bis repetita.  
 9. accentus duo majores distinctivi. 10. Vis, & hoc in loco, utpote  
 in membris disparatis particulæ Vau disjunctiva, non copulati-  
 va, &c. Ac dicas deniq; mi N. N. qvo qvidem, unico in loco,  
 expressis & claris verbis contrarium afferit, immolatam scil,  
 fuisse non semel laudatam Virginem, nullibi, nullibi, inquam,  
 cui firmo qvidem talo insistere possis.

Atq; ita N.N. petito tuo me vel utcunqve satisfecisse arbit-  
 ror. Alia non minus qvidem rerum momenta ex textu ipso &  
 ipsa petita possent in medium produci: v. gr. 1. à personâ Jephæ,  
 Prætoris, in Pandectis sacrâ ubiq; locorum habitâ honorificè:  
 à spiritu porrò ejusdem heroico, immò divino: ita à successu e-  
 jusdem felici, similibus: de qvibus qvidem & ipsis qvinqvam  
 jam suprà & ex parte. 2. à filiâ, Virgine adolescentulâ, de cuius  
 in cædem assensu aut cæde ipsa nullibi, neq; in Voto paterno, neq;  
 Executione hujus vel verbis executivis aut alibi, nullibi, nullibi,  
 inquam, sit expressa mentio, potius, nec semel, Virginitatis de-  
 plo-

plorat: lege historiam per totum. 3. denique, ita à Sodalitio Virginum, quatuor diebus in anno euntium ad alloquendum (ita enim & recte cum una R. Dav. Kimchi, Pagnino, Aria, reddimus, (non plangendum) & consolandum Virginem Jephigeniam &c.) commate Capitis hujus postremo: lege & ipsum, sed transeant, tempori parco. Et vero demum vel postremo, si immolata aut morti tradita Virgo innocens fuisset, ubinam loci ad factum, an in publico & ordinario, an vero privato? & porrò ecquis, quæso, hanc occidisset? an Parentis ipse? atrox & contra omnem <sup>supperXII</sup> naturalem facinus: addo, citraq; mandatum DEI speciale, exemplo Abrahami; quanquam idem <sup>w. 1295 in 100</sup> nūdē quod esset: an fortè magistratus politicus vel officii sacrifici ministri sacerdotes aut Levitas? alienissima planè ab instituto res, & contra omnia jura divina & humana, Victima scil. humana: Nemo denique, nemo fuit, fuisset, qui pro innoxia Virgine, aut contra imprudens & immane stetisset, stetit Votum, trucis, an dicam? Parentis? Nullane item prorsus aut amplius heic Lex, aut hujus declaratio recta vel restrictio, aut Sacerdotum vel magistratus monitum salutare, aut deliberandi spatum, aut asylum vel fugæ locus, aut <sup>λύτρον</sup> vel pretium, similia, quæ redimerent ex ullâ parte vitam innocentis & infelicissimæ adolescentulæ: addo: an non ex choro vel Sodalitio Virginem quandam filiæ loco offerre potuisset? similia ajam. Sed enim vero transeant & hac, inquam:

Objectiones solvendæ forcè adhuc tuæ erunt ternæ, N.N. supra allata, scil. rerum potius aut rationum momenta, quantum Tu putas quidem, pro immolata Virgine: Primum Votum Jephata præceps, inconsideratum & imprudens; sed huic jam supra, nō fallor, abundè à me satisfactum. Secundo, Qverela contristata Parentis vehementer planè & acerba satis: verum vero petitio principii hic iterum est, & pro concessio id sumis vicissim, quod <sup>x. 1496-1497.</sup> ergo mors filiæ causa erit paterni luctus tanti? immo filiam unicam, eandemq; Virginem innoxiam, quod tangeret feriretq; potius Votum hocce suum, quam alium vel aliam quamcunq; aut quodvis, & quocunq; modo. Tertiò dicebas: inusita-

ta similia fuisse, Nazaræatum nimirum vel Virginitatem perpetuam illo tempore in ecclesiâ Israelitica. Resp. 1. Loca suprà alle-gata à me Levit. XXVII. Num. XXX. Deuter. XXIII. alia videri poterant nihilominus tacite admittere illa, dicta: siquidem vo vere, devovere sese poterant etiam varie foeminae, virgines & ancillæ: (vid. Levit. XXVII, 4. seqq.) & cur non ergo ad Naziræatum ad tempus certum aut Virginitatem perpetuam? 2. Potuit aliquis Nazareus fieri ex destinatione aliena, v. g. Parentum, ut notum, cur non ergo ex propriâ s. vir s. mulier aut virgo esset? 3. Si expressa forte II. vel exempla ejus rei desideras aut urges: resp. in historiâ à silentio ejusdem ad negationem rei non valet firma consequentia, notus Canon: ita porrò advertamus v. g. Rechabitarum nisi in uno solo loco Jerem. cap. XXXV. facta fuisset mentio, nihil constaret unquam nobis de Rechabæatu aut instituto simili Rechab & posteriorum ejusdem: subsumere ita possuimus eodem ferè modo de Nazaræatu foeminarum, Virginum in eccles. Israel. aut Virginitate perpetua, ratusculè quidem forte tentatâ aut observatâ, attamen nonnunquam; non obstante loco Jes. IV, i. aliis forsitan, quod probrosa illo tempore esset virginitas &c. Atq; tantum etiam, quantum adducta à Te rerum aut rationum momenta vel objectiones.

Demùm, mi N. N. liberum nunc, en, Tibi do relinqvoque hisce, an persistere velis in affirmante tuâ, pro immolata Virgine toties laudatâ, sententiâ: an Dubia admittere velis mea hactenus prolata in medium, pro non immolata, spero, non per omnia certè etiam contemnda: deniq; (cujus etiam obiter tu fecisti mentionem & ex parte) an τὸ ἐπέχειν forte Tibi placeat, (in re ute pote non minus dubia) vestigiis lectis pauciorum quidem quo-rundam hodiè (etiam ex Nostris) B. v. gr. Gerhardi, LL. Tom. VII. §. 507. adde Seldeni de Jur. Nat. & Gent. lib. IV, c. ii. Wolff. Maieri in notis ad Perkins. l. cit. aliorum forte. At vero Tantum.

D I X I.

NO:

## N O T A E.

*Lit. a.)* Euripides, vid. Tragoed. sub tit. Iphigen. Servius, ad Æneid. lib. 2. add. Propertius lib. 3. eclog. 7. Ovidius Metamor. lib. 12, de Ponto lib. 3. Cicer. Offic. lib. 3. &c.

*Lit. b.)* Martyn qvæst. 99. Tertull. contra Marcion. lib. 3. cap. 4. Nazlan. Orat. de Maccab. Ambros. de Virgin. lib. 3. & Offic. lib. 3. c. 12. Hieron. Epist. 34. ad Julian. Chrysostom. homil. de Jeph. Augustin. in lib. Judic. qvæst. 49. & de Civ. Dei lib. 1. cap. 21. Theodoret. sup. lib. Judic. qvæst. 10. Reliquos cum ex antiquis tūm modernis s. recentioribus vid. suis qvibuslibet in locis.

*Lit. c.)* Conf. extra Nomina & pronomina, quantum Verba ipsissima, loca: Gen. VII, 23. cap. VIII, 16. & 17. Psalm. I. v. 1. seqq. similia. Unde etiam in Neuro genere vertunt pluriq; Interpretum: *Et erit egrediens, quodcumq; egredietur &c.* Pagninus, Vatablus, Robert Stephanus, Arias, Tremell. Junius, Piscator, Corn. à Lap. Brentius, Frantzius, Sixt. Amama, Hackspan &c.

*Lit. d.)* Vulgò qvatuor Votorum s. Vinculorum sacrorum apud Judæos numerant species: 1. כְּרָב five צְדָצָאָס vel Votum aut sponsio κατ' ἐξοχὴν sic dicta &c. 2. כְּרָב anathema. 3. נִצְרָאָת Naziratus. 4. שְׁבֻעָה juramentum. vid. Talmud in Misna, Masecheth Nedarim, it. R. Nissim, R. Ascher, R. Sel. Jarchi ad Misn. cit. loc. ap. Ludov. Capellum, Diatrib. pecul. ad locum Matth. X V, 5. Joh. IX, 22. add. Selden. de Jur. nat. & gent. lib. 4. cap. 7. seqq. Buxtorf. in Lexic. Talmud. Rab. suis in qvibuslibet II. Huc pertinet, certè referenda illa etiam Qvæstio: An Virgo Jephthæa mactata quidem, sed non immolata fuerit? Vid. Capell. cit. l. add. Danhauerus Disp. pec. de Voto Jeph. §. 28.

*Lit. e.)* Frustrè sunt itaqve omnes ii, qui Jephtham volunt vobis victimam s. tantum humanam (quod nimisrum bruta non soleant aut possint obviā procedere, gratantia tanquam, Vi-

etoribus: ) s. pecuniam tantum (Rabbiner, qvidam, Abulensis &c.) & immolabilem.

*Lit. ζ.)* Alii Spiritus roboris à Domino: ita & in hunc modum Jonathan ad h. I. Fortitudo heroica alii, donum ministrans, ut loquuntur, non præcisè sanctificans.

*Lit. η)* Vid. B. Chemnitius L. de Castitate p. m. 203. seq. ubi etiam Origenem & B. Lutherum adducit.

*Lit. θ.)* Ita R. Joseph & R. David Kimchi, Pater & filius. Hujus verba in Michlol. pag. 15. col. 1. hæc sunt: **ישׁ וְ בָמֹק֔ה**

או כטו הַמִּכְתָּה אֲמִ זָמוֹ או אֲטָנוֹ וְהַוְרָה לְיוֹחָדָה וְהַעֲלֵיתָהוּ עֲוָלָה או הַלְּוִיָּה וְהַלְּוִיָּה aut id est, interdum *v. a. ponitur loco* aut v. g. Exod. XXI, 15. & percutiens patrem aut matrem suam, & Jud. XI, 31. & erit Domino, sc. sacrum, aut offeram illud in sacrificium, add. R. Bechai, R. Levi ben Gerson, Lyranus, Bernh. Zieglerus ap. Brentium & Brentius ipse, Chyträus, Osiander, Frantzius, Pagninus, Vatablus, Tremellius, Junius, Perkinsus, Drusus, Schindler, H. Grotius, Glassius, Amama Hackspan.

*Lit. ι.)* Conf. Serarius ad h. I. Heinsius & ex eo Fesselius II, cit.

## MANTISSÆ.

*Ad vers. 31.)* de rad. **שְׁלֵל** & phrasi vid. Hütterus, Avenir, Förster, Schindler, Buxtorf, in Lex. ad rad. **עַלְהָה** Glass Philolog. S. lib. 3. tract. 3. can. 32. add. Heins. in exerc. ad N. T. in Ep. ad Hebr. capl. XL, 32. Fessel. Advers. Sacr. lib. 1. cap. 8. add. Gramm. Ebr. n. ed. pag. 176. seq.

*Ad vers. 34.)* de vocula **נִמְרָם** qvid nimirum h. I. significet: an ex se (Jephta) an vero ex ea (filia, Seila Philoni) non erat ei *Filius?* Vid. Drus. in ll. difficil. ad h. I. conf. Gramm. Ebr. n. ed. p. 185. num. 6.

*Ad vers. 35.)* de rad. **כַּרְעֵן** & in Hiphil. genuina significatione: an nimir. juxta Vulgatam significet: *decepisti me* & ipsa *decepia es*: neutiqvam. An verò incurvando incurvasti me, vel potius (in Hiphil) deprimendo depresso vel humiliasti me?

me? Affirm. posterius Consul. Lexica & Concordantiae add: &c  
conf. Cornel. à Lap. Menoch. &c. ad h. l. Sensus igitur hic esti  
DEUS hāc egregriā Victoriā ita me extulit, ut latus & erecto ca-  
pite incederem, tu verò rursus incurvas, deprimis ac dejicis me,  
ut præ magnitudine doloris caput demittere & hoc summum  
gaudium meum cum acerbissimo luctu commutare cogar.

Ad vers. eundem 35.) & quidem verba hæc: *Et non potero*  
*reverti s. retractare.* Qværitur nimis, an vera hæc simpliciter:  
quod negamus: patebat enim sponsorivoti Jephæ via duplex i.  
redemptionis per siculos decem vel tringinta, ex lege lata Levit.  
XXVII, 4. 5. seqq. 2. exceptionis, de non requisito consensu fi-  
liæ, alia plurima. Vid. & conf. B. Frantzium, de Interpr. Script.  
S. orac. 41. pag. m. 559, Osiander ad h. l. Gerhard. LL. Tom. 7.  
§. 507.

Ad vers. 37.) & quidem verba: *Descendam super montes.*  
Evavit opæs, hisi Contradiccio ipsissimæ. In montes scil. ad-  
descidetur. Cæterum solvitur hæc, si dicas: 1. Mispens domum  
Jephæ, cap. XI, v. 34. fuisse in montium circumiacentium uno  
eminenter sitam: tota quippe terra Gilaad montosa erat: ut  
sensus sit: descendam & ibo (ellipsis nota, vel verbum unum pro  
duobus coaf. Gramm. Pr n. p. 175) ad montes circumiacentes.  
Vel 2. descendendi & ascendendi verba (רָאַת וְלָבַד) apud  
Hebreos alternare nonnunquam: conf. Jud XV, II. & Jof. VII,  
v. 24. item Drus. in LL. Sacr. Script. diff. ad h. l. pag. m. 281. vel 3.  
si reddas descendam in, ad. juxta, versus montes. Vulg. circum-  
eam montes, vel 4. juxta Jonathanem: אֶת־גִּנֵּר עַל טוֹרִיָּה subtrabam me in montes. 5. In Dras, pergit Drusius ad h. l. de cen-  
dam in montes, h. e. ad Doctores Synedrii, forte invenient ja-  
nuam voto dato, Parentis. Transeant.

Ad vers. 39.) & verba quidem? לְאֵת וְעַתָּה  
וְעַתָּה scil. an per Præteritum: non cognovit. an per Plus-  
quamperfectum: non cognoverat: (Aries) an Imperfectum: non  
cognoscet (Vulgar). si reddendum? Resp. indolem juxtingva-  
lens.

perinde fuerit quidem ferè: instituto interim vel expositioni nostra proximus Præteritum.

*Ad vers. eundem 39.) & quidem verba ejus postrema וְהִרְחָק בְּשֶׁרֶל נָא De sensu videlicet & horum verborum disqviritur, & qvorūm hæc referenda sint? Ac comminiscuntur idèo varia & h̄ic loci. Cæterum ex dictis de mente nostra constabit facile: scil. ascenderunt annuatim filii israël ad alloquendum & consolandum Virginem Jephigeniam &c. vid. suprà. Nec obstat Accentuationis ratio, פַּתַּח, statutum nimirum hoc integrum ipsissimumq; comm. s. versu novo eodemq; integro, quadragesimo nempe, exponitur. Conf. in hanc rem Exod. XX. i. Deut. V, 1. 6. & seqq. alia II.*

*Ad vers. 40.) circa vocabulum לְתֹנוֹת supra item, qvan. qvam ex parte, qvæ situm fuit, qvomodo idem reddendum: an, ut Chaldæus Paraphrastes, R. Sal. Jarchi, LXX. Senes, Latina Vulgata, alii: per lugere, plangere, lamentari à תְּנוֹת licet hoc inusitato planè, adde, & si hoc, analogiam omnem contra Grammaticam; unde volunt deductum תְּנוֹת & חֲנִינִים / חֲנִין / חֲנִינִים dracones, à voce eorundem fleibili: vid. Job. XXX, 29, Mich. I, 8. Malach. I, 3. &c. At verò secùs videtur nobis: potius deducendum à pro תְּנוֹת (forma גָּלֵת אַלְגָּלוֹת) h.e. differere, narrare, confabulari: conf. Jud. V, ii. (qvanqvm, faciemur, radix חֲנִין Chaldæis frequentius usitata, qvam Ebræis: conf. loca: Deut. VI, 7. Psal. CXLVI/I, 19. addimus, secundariò consolari, sicut non raro Ebræorum: רְבָר vid. Gen. XXXIV, 3. cap. L, 21. Ruth. II, 13. Os. II, 14. Syrorum: حَلَّا Joh. II, 19. 1. Thess. II, 12. Latinum: logvi pro consolari: ap. Senecam, Varronem, Val. Maxim. &c. ita allegrium pro solatio a pud Ovid.*

*Viseret & allegri partē levare rui.*

Conf. nunc & adde Kamchium ad h. l. it. in libr. Radic. Francium de Interpr. Script. S. orac. 71. p. 558. Sixt. Amama ñanabar bibl.

76

bibl. ad h. l. p. 61. Ludov. de Dieu in Animadv. ad h. l. p. 127. seq.  
Majerum Philolog. Sacr. pag. 33.

*Deniq;:* Commentum Rabbinorum est, & qvō verō subnixum fundamento? & contra omnem chronologiam: Jephoram contendisse cum Pineaso, Sacerdote summo, de dignitatis prærogativā, & neutrum voluisse adē accedere alterum, ut votum dissolveretur: Sic interim filiam periisse: at verō illum ideō punitum divinitus paralyti, hunc, Sacerdotum summum, discessit Spiritus Sancti vid. R. David. Kimchi. R. Sal. Jarchi, R. Lipmann, Drus. ad difficil. ll. ad h. l. pag. m. 283. Selden. de Jur. nat. & gent. pag. 532. &c.

Concludimus cum hoc Augustini, Qvæst. 49. sup. lib. Jud.  
*De facto Jephata in neutrā parē sententia scriptura protulit  
ut noster intellegens in judicando exerceretur.*

Tantum.

ANDR ZEINERATO

CHYTSI



כָּרְךָ

三

# Vox & Crux

Vulg.

# CRITICORUM

*Palmo XXII. Gomm. 17.*

# EXERCITATIONE PHILOLOGICA,

*pro Fontium Integritate & puritate,*

## Denuò fixa & refixa brevissimis :

ա՞ս շի տվյալ հցի օսմծվաւ:

*AUTORE*

CHRISTO DUCE ET AUSPICE!

**T**emperi inserviendum esse, vel Gentium Doctori uni soli creditus. Offerebat se itaq; commodum bac vice (Quadragesimali hoc tempore) ex Praelectionibus nostris publicè hand ita pridens habitus Vox & Crux vulgo ita dicta habitaq; (Et certe si quæ alia) Philologorum & Criticorum נאדי è Psalmis Davidicis, Odà XXI. 1. commate 17. De quâ suspicantur non tantum Fontium puritatis Ofores, Pontificii homines pleriq;, sed etiam ejusdem Patroni nonnulli, Mendum quoddam eidem subesse, Et vel uno adeo & solo in hoc loco, nisi alibi, Fontes (certè Codices,) hodiè non purè fluere amplius, vel, quod idem est, SS. Scripturam esse corruptam. Hanc sive Vocena  
five

sive Crucem, ita vulgo habitam dictamq; figere denuo & refigere  
 Dissertatio nuncula hac praesente, pro Fontium Integritate & puritate,  
 animus fert: exposita sic super eadem (vocula) & nostra tunc qui-  
 dem & nunc etiam abduc mente vel qualicunq; id porro aeu  
 negotiis anterioris cuiusdam, & salvo quorumcundq; meliori Judi-  
 gio, deniq; oppido paucis brevissimis.

Xαὶ τὸς χεῖροις ἐμοὶ πόνοισαν οὐδενὸν σίδην  
 (Nazianz.) Amvr.

## CAP. I.

### De verâ, genuinâ & antiquissima omnium Lectione & formâ vocis

פָּרָא

¶. I. **A**C certè, fateamur, ita ut suprà dictum (sub init. mox im-  
 extantiores Bibliorum Codices, & Judæorum & Christianorum,  
 hoc atq; superiore impressos seculo, nemini facilè potest esse du-  
 bium. Videnda extra *Complutensia* Fr. Ximenii, Hisp. Cardi-  
 nalis & Archi Episc. Toletani, Biblia, edita Anno M. D. XX. qvæ  
 scil. פָּרָא legunt, Antverpiense sive regium Hispanicum exem-  
 plar, per Plantinum & B. Ariam Montan. M. D. LXXII. edit.  
 (qvanquam פָּרָא hoc, cum Jod & puncto in eodem ventrali  
 legat.) Parisiense porrò (si rectè adhuc memini) vel Gallicanum  
 opus, edit. M. DC. XLV. Londonense sive Anglic. πολυγλωττοῦ  
 per Brian. Walton M. DC. LVII. Veneta singula: folium in fo-  
 lio qvæ complicant, & in forma minori, qvarta, qvam vocant,  
 Fel. Pratensis, Bombergi, Degaræ, reliqua: adde Hamburgense,  
 per El. Hütterum, M. D. LXXXVII. eodem qvanquam, ut suprà  
 regia Hispanica, hoc legat modo) Fr. Vatabli, Buxtorfiana Biblia,  
 Aria item cum versione interlineari, Wittebergense exemplar,  
 Francofurtanum, Genevense, Amstelodammum (Menasse) Lipsien-

**¶ &c.** Schema vel typum Variar. Lectionum hujus vocula videlicet pluribus infra cap. II. §. 15.

§. 2. Coeterum, & invaluisse jam Masoretharum exo, imo forte conscripti Targumi, aliam quoque ejus loci lectionem sub forma קָרְבָּא Veritati videtur non dissentaneum, nobis vero probabile omnino sequentibus de rationibus: (de קָרְבָּא ipso Cetibh scilicet scripto hodie deinceps atque infra paullum: hanc vicem nimur pro קָרְבָּא contra קָרְבָּא in sensu eo, sicut leo, incongruo pugnamus.) I. Quidam in fontibus hodiernis, apographis scilicet nostris impressis, utitur in margine sub קָרְבָּא, quod vocant, in plerisque Codicibus nihil exhibetur, sed idem supprimatur, (quam forte de causa, & cur item קָרְבָּא potius, quam קָרְבָּא hodie in textu ipsomet extet, infra aliquid sub fine dicemus,) signum tamen Masorethicum, Circellus nempè, ejus quid adscribendi, vel adscripti quondam nota, in τῷ Cetibh hodie (scilicet τῷ) in probatissimis & plerisque omnino, excepto uno alteroque saltem, Codicibus extat. (Monadica scilicet ut hinc lectio τῷ קָרְבָּא facile expiret.) Et cui enim alias haec notula nempe fini? & quodnam illud adeo, nisi τῷ קָרְבָּא (tertia quippe lectio notabilis non datur vel reperitur in ullo Codice) adscriptum olim vel adscribendum etiamnum? nisi insertum plane olim textui ipsi, hincque deinceps deturbatum, quando & quomodo cunq[ue]. Vid. infra paule Cap. II. §. 1. & Cap. IV. §. 1. seqq.

§. 3. Secundo: Quidam Prisci omnes, omnes dico, Graeci LXX. reliqui, Aquila praesertim (Hieronymo Comment. in Esa. cap. 49. eruditissimus Vir, maximè Linguae Ebraeæ: Ἀριβαντίου, Vulgata, Hieronymus ipse, Syrus, Arabs, Ethiops (qui male Anglicana תְּקִבְנָה / בְּנֵי intrepide & constanter, antillissime ita, hoc est, קָרְבָּא & verbaliter legunt redduntque foderunt, Aquil fædarunt, deturparunt &c. (a quod certè nonnulli hil alienum, quid suspiciosum? quantum vocis & formam & sensum, vel primæ fronte saltem, in re quidem arduam, τῷ קָרְבָּא) Quorsum etiam videtur Chaldaeus inclinare, qui נְכַחֲנֵן more dentes.

**בָּרוּךְ** **הָרָקָב** **סִicut leo, expressum, majoris**  
dentes, addito licet **בָּרוּךְ** **הָרָקָב** absq; dubio evidentiâ causa, **צְדָקָה** **זֶה** **זֶה**, qvod dicunt, ex su-  
perioribus vers. 14. repetitio eodem: confer & infrâ paullò vers.  
22. Mittimus præterea, brevitatis studio, hac vice, Patrum vene-  
randum chorum **בָּרוּךְ** **הָרָקָב** facilè nobis.

§. 4. Tertiò: *Qvia præsertim Masora ipsa, & parva & magna, textualis & finalis, non obiciuntur hanc lectionem confirmant, ita, non sicut leo (ut volunt, qui ex adverso nobis alias sunt) legendum lectumq; jam suo tempore fuisse.* Notes: de sensu vero vocabuli primariò hic & nunc nobis sermo est, non præcisè & hac vice scriptoris modo vel numero, an per Pathach vel Kamets, &c. de quo suo loco. Jam, ita enim parva sive intercolumnaria ad hunc nostrum locum: ב קמצין בחרי לישני duo sunt Kamezata, sed in diversis significationibus, addito loco altero Jes. XXXVIII, 14. Jam Jes. allegato loco, extra controversiam, idem significat sicut leo, ergo hic certe aliter vel verbaliter significabit. Textualis porrò Masora ad Num. XXIV, v. 9. (quicquid alias hic de Contradictione, quæ subsit, obtendatur) expresse testatur, olim fuisse hoc loco, פארן כתיב ורגלי כארו כתיב וscribiuntur כארו Quid clarius? nisi pro renata vel lubitu quidvis in dubium vocare velimus. Tandem Finalis lit. נ fol. 1. col. 8. proponit Alphabetum ex binis constans idem vocibus, sed בחרי לישני diverse iterum significationis. Inter illas vero (sunt autem numero XCVIII.) recensetur etiam duplex (utrumq; per Kamets scriptum) quod ibidem (fol. seq 2. col 2.) dicitur occurrere iterum & Jes. XXXVIII, v. 13. & hoc in loco nostro: ut omnino verum est. Ergo innuit iterum in alterutro loco verbaleriter esse intelligendum. Qui enim aliter, si ap. Jesiam denotat sicut leo? extra dubium. Satis nobis.

S. 5. Quartò: Qvia prostant adhuc hodiè similes Codices, qui sive in Cetibh sive in Keri, ita legunt, nempe כָּרְנֵי v. gr. videnda D. Hieronymi Stridonens. Oper. tom. IV. edit. Basil. per Joh. Frobenium M. D. XVI. sub fin. tetrapla Psalm.

Biblia, porrò Complutensia Fr. Ximenii. Hisp. Cardinal. & Archi. Episc. Toletani, qvorum suprà §. 1. facta qvoqve mentio, edit. M D XX. Codex Jenensis Academiac M. S. calculo duorum Professorum Celeberr. ejusd. Universitatis. B. nempè Gerhardi in Exeg. LL. th. 330. & Petri Piscatoris in disput. qvadam publ. cit. B: Mich. Walthero in Harm. ad h. l. munitus; sive jam extet adhuc hic Codex, sive minùs. Addantur Fr. Vatabli edit. Comme- lian. c. Ibc xvi. Arias in Bibliis interlinearibus sub יְהוָה Hier. Opitius in Psalt. edit. M D LXVI, ad h. l. Alios mitto ejus lectionis אַבְרָהָם, Joh. Isaacum, Judæum conversum, Wolf. Fabrit. Capitonem, Veltvykum &c. Vid. mox §. subseqvens.

§. 6. Quinto: *Consentienti in hanc rem & Judaeorum & Christianorum hodiè doctissimi egregiisq; qvivis, olim nimis in textu scriptum fuisse יְהוָה נָא כָּתָב v. gr. Rabbi Moses, hadarschan, cit. Galat. de arc. Cath. Verit. lib. VIII. cap. 17. R. Jacob, ben Chajim, indice in Masoram. Elias Levita, Cant. 3. Kimchi lib. Radic. Joh. Isaac (suprà cit.) Levita, hinc ad Christianismum con-versus lib. II. defens. ver. Ebr. advers. Lindanum lib. II. pag. 112. Wolf. Fabr. Capito, Instit. Ebr. lib. 1. cap. 13. Mercerus ad Lex. Pagnini, fol. 166. Försterus & Schindlerus in Lex. Mornæus de Ve-rit. relig. Christ. cap. 30. pag. m. 608. Füllerus, miscell. lib. III. c. 12 Buxtorfius, in Tiberiade pag. m. 214. Erpenius, in Rudim. A- rab. lib. 2. cap. 8. & in Not. ad Lex Raphal. m. fol. 28. Sixt. Ama- ma, in Antrib. 3. pag. m. 721. seq. & in Gram. pag. 115. Helvicus, dispp. Giess. tom. IV. disp. 14. th. 47. Walton. Bibl. polyglott. prolegom. VII. n. 7. pag. 49. Addantur hisce summatim: Baro-nius, Scaliger, Casaubonus, Ziglerus, Drusius, Trostius noster, Calvinus, Junius, Polanus, Wittakerus, Rivetus, Chamier, Hottingerus, Leusden &c. Adde iterum iterumq; adversa alias sen-tentiae patronos alios nonnullos: Andradium defens. Concil. Trid. lib. 4. Paginum, Vatablum, Bellarminum, Huntlaeum, Sal- meronem, Gretserum, Genebrardum, Lorinum &c. qvos vide & ex parte citatos ap. B. B. Gerhard. Exeg. tom. I. th. 330. Glass- Phil. S. lib. I. ad h. l. Walth. in Harm. ad eund. Notes: Neq; ve- rò hīc mox tot ac tanti Auctores, adde prisci Scriptores & trans-lato-*

85  
latores, una cum Masorā, Critica illa ac sepe (לְתֹרֶחַ טִוִיָּה) dum ac diu Legis probatā,) qvalia adduximus suprà §. 3. & seqq.) de ponte deturbandi sunt. Minimè.

§. 7. Sextō: Qvia *Contextus* h. l. omnino verbum aliquod sibi reqvirit (qvod præ reliquis vedit Chaldæus, de quo suprà §. 3.) nisi mancum velis eundem: aut ellipsis præter necessitatem statuere, vel aliud ejus qvid, גַּתְתָּה וְנַסְתָּה reperendum, similiter. Adde etiā totius contextus per antecedentia & consequentia sua.

§. 8. Septimō: *Schindlerus* in Lex. ad Rad. כָּאֵר nominalē notat urgetq; punctuationem h.l. per Kamets, utpote Verbalis qvæ sit: qvando enim *sicut leo* hæc Vox aliàs significat, tunc, inquit, ubique Patach habet. Ita est: Vid. Concordantia vel Numeror, XXIII, 24. cap. XXIV, 9. Ezech. XXII, 25. excepto uno solo loco Jes. XXXVIII, v. 13, ubi Kamets, pro כָּהָרָה est, propter emphaticum exclusum.

§. 9. Octavō: Tandem, *Eventus*, Optimus rerum omnium magister, suo calculo hanc sive scriptiōrem sive lectionem כָּאֵר scil. foderunt &c. comprobavit, comprobat in Christo mediatore crucifixō & manibus pedibusq; transfixo perforatoq;. Vid. & conf. post Zach. cap. XII, 10. Joh. XIX. 18. & 37. cap. XX. v. 25. & 27. &c. item B. Luther. tom. Jenens. Lat. II. pag. 252. Dn. D. Calovius, in AntiGrotianis ad h.l. Müllerus in Judaismo, cap. XXI. pag. 757. seq.

§. 10. Ac tantum brevissimisq; quantum genuinam Lectionem & antiquitatem vocabuli כָּאֵר Cujus, qvod formale ejusdem (externum) denique concernit, nulli dubitamus, qvod sit כָּאֵר s. præteritum num. multitud. 3. perf. Rad. כָּאֵר vel aut כָּעֵר verius כָּאֵר: qvō de pluribus infrā Cap. II. §. 7. seqq. Qvæ si ita sunt postremū, ut sunt, *Porisma* s. Consecutarium hoc elicetur hinc nobis, quantum qvidem id vocabuli כָּאֵר.

Ergo Mendum nullum sic subest, suberitq; textui in h.l.  
quoniam Fontes potius manant fluuntq; adhuc pure: immò simul  
L 3 (addo,)

(addo,) cedit sic, hac ratione, & stat simul arg, cadi Crux hæc,  
sic dicta habitat vulgo, Philologorum Criticorum.

## CAP. II.

*De alterâ, eademq; in suo genere, (κατ' ἀρχωτο )  
tolerabili, & in quantum verbalu hæc, Le-  
ctione & formâ Voci*

פָאַר.

S. 1. **H**anc itaq; atq; ante omnia, ingenuè atq; intrepidè &  
præfiscinè ut animi mei sensa circa habitudinem Voci  
hujus & quo in loco ego eandem habeam, proferam, citra tamen  
præjudicium cuiusquam, addo, salvâ reverentiâ & autoritate S.S.  
Scripturarum, immò læsionem extra, absit, absit! Providentia  
divinæ, in hisce atq; similibus aliis: hanc, inquam, serio put-  
verim ego, nunquam, nunquam in Archetypis vel αὐτογενοῖς  
olim, olim inquam, existisse, sed ex Variantibus, quas sic vocant,  
κρίνη & κρίναι, Lectionibus sese in apographa superiorum tem-  
porum, & quidem primum in locum τόπον ( ecqua & quomo-  
do hodie in תְּבִיבָה extet, infrā dicemus) insinuisse, vel quando-  
cunq; & quomodo cunq; etiam id factum: historiâ quippe E-  
braeor. ut alibi nonnunquam, ita etiam hic & nunc deficiente.  
Non item eidem tamen lectioni Mendum statim subesse quod-  
dam, sed si recte & dexterè explicetur, tolerari facile, cum aliis sui  
similibus, posse. Dico repetoq;: Non enim Mendum statim, &  
propriè quidem sic dictum, est id aut subest ei, quod prima fronte  
tale & κατ' ἀρχωτο: addo quod ambiguum forte & anomala-  
tion nonnihil, aut immò singulare planè & præ reliquis tale: sic  
enim tota SS esset mendosa suiq; minimè similis. Addo id ad-  
huc: neq; id Vocabuli פָאַר infartum à Judæis olim, olim di-  
eo, est per malitiam. Vanitas: atq; idem dilutum iam ab aliis  
aliusq; actum adeò agere nolo. Sed, ut dictum, una hæc Vox  
ex בְּנֵי קְרִינָה & בְּנֵי Variantibus Lectionibus est. (Nec obstat:  
quod

quod inter eas, subducto harum numero jam olim DCCCXLVIII.  
honi reperiatur: Resp. Ecquid enim notius, quam incomplete  
fluere Masbræ hodiæ nostræ rudera: adde, in Codicibus nonnul-  
lis hodiæ adhuc nihilominus reperiri idem sub קָרְבָּה, ut supra de-  
monstratum e. I. §. 5.) reperta superioribus temporibus in aliis a-  
liisq; Codicum apographorum: & illa quidem insignior & lingua-  
laris forte præ aliis, Crucis unde vulgo Criticorum promerita no-  
men est. Cujus tamen (notes) si detur eruaturq; rectè Vociis ve-  
rior Radix, forma & significatio, concidet sic nonnihil id scandali,  
vel metus atq; formido hæc circa eandem.

§. 2. Hac de re igitur nobis agetur hoc capitulo præsente:  
allatis primùm aliorum circa formale hujus Vociis sententiis, hinc  
nostrâ superadditâ quoq; mente vel qualicunq; Sunt itaq;  
primi, qui Compositam vocem esse volunt, ex קָרְבָּה (à rad. קָרַב  
sive קָרְבָּה perinde sit, fodit, perfodit, excidit) & אֶלְאָה leo, per  
erasin contractis iisdem (mens & verba ferè ipsissima Avenarii in  
Lex. ad Voc. קָרְבָּה pag. m. 330. & in Gramm. m. pag. 480. Conf.  
& Ariam in Comment. ad h. l. Helvic. in Vindic. LL. V. Test. &c.)  
ut unum fiat hinc Vocabulum utriusq; significationis. conf. &  
suprà Cap. I. § 3. Chaldaeum s. Targum. Sed Resp. Rara oppid  
hæc compositionis ratio est (nec periculo caret eadem suo) & es-  
set porrò litera Caph hoc modo & radicalis & simul servilis, ad-  
eoq; gemini offici, adde duplicitis eademq; significationis: quod  
certè insolens satis, & quæ alia plurima possent adduci.

§. 3. Secundo: Sunt, qui & ipsi Cor positam quidem vo-  
cem volunt, sed ex Caphi, similitudinis nota, & nomi. אֶלְאָה leo: τῷ  
Caph habente Kanets ob Dagesch forte ex Η emphat. abjecto  
exclusum, quemadmodum reperitur idem eadem scriptum ratio-  
ne Jes. XXXVIII, 13. Ceterum, pleriq; cum videant imperfectam  
sic fore lectionem vel sensum loci, Ellipsis simul inducunt verbā  
eiusdem. Chaldaeum suprà jam notavimus Cap. I. §. 4 & 7. qui  
defectum hunc supplet per suum: בְּקָרְבָּה דָּיוֹתָה קָרְבָּה mor-  
dentes sicut leo. Alii δέ τοις οὐνεὶς repertunt Verbum præcedens  
hoc in ipso committit: sed hi vicissim scinduntur in du-  
plex

plexagmen: alii hoc dum ex themate קָרְבָּה / יִקְרָב ambivit, circumdecais deducunt: sensu eo: circumdaecruat si ut leo: conf. præsertim R. David Kimchi ad hunc loc. Alii verò à Rad. בְּקָרְבָּה excidit, concidit, transfixit, perforavit: qvo, in posteriore sensu, volunt accipi Levit. XIX, 27. Job. XIX, 26. Iel. X, 34. cap. XXIV, v. 3. alibi, sensu eo: transfixerunt, foderunt sicut leo manus meas & pedes meos. Videndi saltem B. Glass. Phil. S. lib. I. ad h. l. pag. m. 129. num. 5. (qvà qvidem sententia mox is ipse cedit interim lubens) Joh. Leusden, in Jona illustrato pag. 48. alii. At verò, ellipticas locutiones dari in Scriptura Sacra non negamus qvidem, sed non temerè vel ubivis locorum & pro lubitu effingendas: hic certè קָרְבָּה qvatenus *leonem* denotabit, nullus omnino est locus, qvod prælertim Masoræ suprà Cap. I. §. 4. allegata verba abunde testabuntur: recoles, Lect. Benev. eadem. Versionum, Interpretum, nec non argumentorum ibidem §. 3. 6. seqq. adductorum cumulum mitto. Unum adhuc addo: (non qvidem disparem in קָרְבָּה & קָרְבָּה numerum, non accentum Athnach, Stringentia utpote hæc non admodum) sed, cur qvæso vel Leo, vel leonis in modum hostes, sive circumdabunt, sive transfigent potius & tantummodo manus & pedes, qvam corpus totum aut membra ejusdem singula? Transeant. Videndus interim Theander, Lutherus noster, suprà citato loco Cap. I. §. 9.

